

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Andreas Daniel Habichhorst Albrecht Joachim Krakevitz von

**De Statutis Non Bonis, Israeli A Deo Datis, Ex Loco Ezech. XX. v. 25. In Apologia  
Augustanae Confessionis p. 283. adducto Dissertatio Inauguralis Apologetica**

Rostochi[i]: Wepplingius, 1699

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746613423>

Druck Freier  Zugang





490/5.

49.

Fa-1092(49.)

1. Romani Toller de Philosophismo exposito. Lips 1790.  
 2. Herm. Christ. En gallica Pentateuch dictiorum scripturarum v. t. a manifesta puer-  
 fione vindicatorum. Rostoch 1720.  
 3. Jo. Christian. Kleminius de veritate historica doctrinæ Mosaiæ  
 ex monumentis historicis iisq; permissim insitæ abstracta. Vol 1776.  
 4. Jo. Friedr. Cottac specimen lectionum ad Gen III, 22. Got 1730.  
 Prog. de acquiescentia Del Patris in satisfactione Iesu Christi  
 ad Gen VIII, 21. Regiam 1730.  
 Phil. Dau. Krauter de sensu literali promissorum Abraham  
 et iuris locum sibi factarum. ad Gen XII, 3. XXII, 10. Gal III,  
 16. Iea. 1790.  
 Jerom. Friederici de angelio redemptore Patriarchæ Jacobi colluctatoris  
 ad Gen XXVII, 26. & XLVIII, 18. Hof VIII, 4. Lips 1729.  
 Friedr. Guido Stromeyer de Jacobi de Iacobis cibis vaticinio ad Gen XXIX.  
 14. 15. Got. 1730.  
 Jo. Friedr. Andaghi de benedictione Iudee ad Gen XXXIX, 8-12. Bern  
 1702.  
 Henr. Scholtzus de Hippo ad Gen. XXIII, 21. Alton, 1790.  
 Prog. de ad Exod XIII, 15. Reg 1736.  
 Friedr. Friedr. Ketteler de sanguine saecularum ad Exod XXIV, 8. Lips 1700.  
 13. Gottfr. Tischbein de sancti Iosephus tractato ad Gen XXI, 9-11.  
 Wrem 1708.  
 Geor. Michael Diederlein de Candelabris Judaeorum facie ad Exod  
 IV, 11. Witzel 1711.  
 Jo. Christi. Hebenstreit de sacrificio a peccato offereando ad Gen  
 V, 12-26. Lips 1739.  
 Sam. Andreae De adulterio nunquam legi cuius imputatio ad  
 Gen XII, v. 20. Marp 1605.  
 Jo. Hart. Haefius de jure iurando. Piles ad h. praeflito. Ad Jof. 18. Got 1737.  
 Just. Geor. Zetnerus de Deborra inter Prophetias eruditio  
 nes 1708. 2 Sam VIII, 12. Lips 1730.  
 Programma ad pref. 2 Sam VIII, 12. Lips 1730.  
 Christ. Sam. Schaeffer de Quæda contion Nabatæam ad 1 Sam XXIV, 22. Lips 1700.  
 Ad. Geor. Wahnsied de Endorense. Praestigiatrix. ad 1 Sam ad VIII, 10. Got 1730.  
 Dem. de Daude, in aliis variis, cum aliquo numero exento Got ad 2 Sam  
 VIII, 2. Got 1730.

35.

34.

33.

32.

31.

30.

29.

28.

27.

26.

25.

24.

23.

22.

21.

20.

19.

18.

17.

16.

15.

14.

13.

12.

11.

10.

9.

8.

7.

6.

5.

4.

3.

2.

1.

22. Petrh. Debelius de Daire peccata et punita ad 2dam  
 XXIV et 1. Paralipomenon. XII. Argento 1600 rei 1703.  
 23. Sam. Aug. Jungkunz de terra opere Lys 1737.  
 24. Geor. Christo. Nackfels de oratione Elizaci ad Reg. XII. 16. Lips 1700.  
 25. Dau. Otto Wahrendorf de resurrectione fobi cum loto farta  
 cum Paralipomenis Crisp. Gott 1730.  
 26. Sch. Gisfridus Barthol. Trif. in loca quædam Malmorum Davidis in  
 laudem regis sui et ducis Vindociæ mete adhibita Goiphilus  
 1706.  
 27. Prog. de Regis cheruffe elegies ad P. II. Helmst. 1713.  
 28. Paul Gjongjofsi a Pettijen de conione. De 8 per cometas ad P.  
 XIV. 2. Sancti in Viadr. 1797.  
 29. Jo. Geor. Neumannus de pro meliori vita ad P. XVIII. 15. Witten  
 1701 recd 1716.  
 30. Christo. Aug. Hermannii Comendaris in P. XXIX. Gott 1730.  
 31. Geor. Ludov. Oederus de Pace Angelorum ad P. XXVIII. 26. Onsd. 1730.  
 32. Paul Gjongjofsi a Pettijen de auro cæde labro templi ad P. LXIX. 10. Lips 1730.  
 Lxx. XXIV. 4. Apocalypsis 11. 1. Symbolo Davidis ad P. LXIX. 10. Lips 1730.  
 33. Geor. Ludov. Oederus Comendaris in Præst. XXIV. Onsd. 1704.  
 34. Eudent Comendaris in Jes VII. 8. g. ib 1704.  
 35. Joh. Frider. Koeberus de SS. Jes 1x. 6. g. 1762.  
 36. Jo. Phil. Heffnerus de Christ uero Deo ad Jes XLVI. 14. 15. Regio  
 1605. Wess. Hamb 1739.  
 37. Mich. Waetherus de Christo alfonso ad Jes XLVI. 15. Witten 1690.  
 38. Joh. Jac. Bosius de Spargae ornata splendoris ecclesiae & T. symbolo  
 ad Jes XLIX. 10. Lips 1728.  
 39. Joh. Heffnerus de pluvia mystica ad Jes. LV. 10. 11. Witten 1675.  
 40. Joh. Geor. Michaelis de carne symbolo Prophetae ad Jes. LVI. 10. 11. Febr. 1733.  
 41. Joh. Christ. Heterstreich de Iesaiæ Crys. ad III. com. 19 iiii. D: welben  
 do Lips 1707.  
 42. Dietr. Herm. Rommerich de eloquentia jheremieæ ad Jerem. II.  
 Lips 1703.

43. Andr. Daniel Habichtshofius de gloria dei bonis Israeli ad  
deo datis ad Zach. XXVII. 25. Rost. 1699.
44. Georg. Friedr. Wickele de jumentis calorum ad Hag. XIV. 2. Rost.  
1790.
45. Jo. Mich. Bolleg Jonar illustratus et vindicatus contra Hera  
von der Hardt. Ad Halberst. 1720.
46. Carp. Gottfr. Mundinus de gloria templi seuandi ad Hag. II. 10.  
1661. resu. Jen. 1719.
47. Jan. Cos. Schrammius de concordia & paxa templi seuandi ad  
Hag. II. 10. et Actos II. 1. Helvftad. 1708.
48. Propt. de sanatione in alio folio iustitiae ad Maccab. IV.  
1. ger. 1797.
49. Gurb. Geor. Zeltnerus de origine crudita Iudaea per transpaedem  
Dorete ad Zach. V. 7. Act. 1717.
50. Jan. Cos. Schrammius de maccabaeis de resurrectione mortuorum  
veritatis testibus ad 2 Maccab. VII. 1. Helvftad. 1708.



K.

43.

AUSPICE JESU CHRISTO!

DE

# STATUTIS NON BONIS, ISRAELI A DEO DATIS,

*Ex Loco Ezeeb. XX. v. 25.*

In Apologia Augustanæ Confessionis p. 283, adducto  
DISSERTATIO INAUGURALIS APOLOGETICA,  
Jusu Ven. Facultatis Theologicæ,

AD

## HONORES in Theologia DOCTORALES

Academico more impetrando,

SUB PRÆSIDIO

## D. ANDR. DANIELIS HABICHHORSTII,

S. Th. PP. & Seren, Ducis Mekelb. Consilia-  
rii Consistorialis, Collegiij Proff. Ducalium uti & Fctis

Th. Senioris hodieq; DECANI Spectabilis

PRÆCEPTORIS AC PROMOTORIS SUI SUMME DEUENERANDI,  
*d. 5. Octobr. d. 1699. horis ante. 6 pomerid. in Aud. Maj.*

exhibita & defensa

ab

## ALB. JOACH. de KRAKEVITZ,

Eqvite Mekelb. Hebraicorum hic & Cateches. Christ.  
Professore Ducali designato.

Rostochi, Typis JOH. WEPPLINGI, Univ. Typogr.

SERENISSIMO PRINCIPI  
AC DOMINO,  
**DN. FRIDERICO**  
**WILHELMO,**  
DUCI MECKLENBURGICO REGENTI,  
PRINCIPI VETUSTÆ GENTIS HENETÆ, SWERINI  
ET RACEBURGI, COMITI ITEM SVVERINENSI,  
TERRARUMq; ROSTOCHII ET STAR-  
GARDIÆ DYNASTÆ,  
*ILLUSTRIS bujus UNIVERSITATIS VARNO-BALTICÆ*  
**PATRONO ET CANCELLARIO**  
**MAGNIFICENTISSIMO,**  
**PRINCIPI AC DOMINO**  
CLEMENTISSIMO,  
**NUTRITORI MUNIFICENTISSIMO,**

Gratiam Summi Regentis perennantem,  
Regimen securum,  
Sanitatem illibatam,  
Ætatem annosam,  
Populum probum,

non solum ex veteri formula apprecatur,  
sed & in subiectissimi obseqvii debitæq; gratitudinis  
signum, Dissertationem hanc inauguralem, mente  
manuq; devotissimâ

offert  
ALBERTUS JOACH. de KRAKEVITZ.

רְכִיר יְהוָה בָּרוּעַנִי  
אֲרֻחוֹתָן לְמִרְנֵי

## DISPUTATIO INAUGURALIS THEOLOGICA.

### PROOEMIUM.



Vemadmodum semper facilius est, in ædificatio bellè ornateqve exstructo, aliquid reprehendere planèqve illud turbare, qvam in illo ordine & quasi coagmentatione id conservare, non dicam, de novo ædificare: Ita quoqve non mirum est, si hodie sine consilio prudenti ceteratum pretiosissimum illud Librorum Ecclesiae nostræ Lutheranae Symbolicorum corpus & monumentum non reprehendatur solum, sed & turbetur qvam maximè, in cuius extirpatione tamen sincere pectoris Theologi, illam ubiqve elucescentem, nec unquam satis à nobis deprædicandam singularem ac providam Dei curam sunt admirati, certissimè persuasi, illud immoto DEI verbo superstructū esse.

Quod ceteroqvin aperti Doctrinæ cœlestis hostes hos veritatis libros, tanquam tesseram & signū nostræ orthodoxorum militiæ, odio plus quam Vatiniano prosequantur, non adeo mirum est; quanquam per Dei gratiam nunquam hactenus de triumpho gloriari potuerunt: quod verò præterea quoqve Ecclesia proh! fatis jam afficta, proprios degeneres filios, in gremio qvidem educatos, sed eodem, quo Ismael, lacte innutritos, videat, & qvibus, repagulo hoc fracto, sentiendi credendiqve libertinismum, affectata infuper & ad fucum etiam peccatoribus faciendum quasi natâ sanctitate, introducere, religio non est, illud verò indoleendum maximè & indignandum. Qvam vero injurii in nostram sint Ecclesiam, in ejusqvelibros simul Symbolicos hi ipsi homines, in ipso Ecclesiæ sinu degentes, inter alia patet, si vel unicum, sic satis controversum & à Pictifis impugnatum Scripturæ locum, nempe, Ezeib. XX. 25. in Apologia Augustana Confessionis, articulo de VOTIS MONASTICIS p. m. 283. adductum, ab Ismaelitis verò nostris iniquè tradictum, atqve à maximè Rev. Facultate Theologicâ mihi pro vindicandâ Libri hujus Symbolici autoritate injunctum, paulo penitus consideravero, adeoqve Apologiam

A

logiam

4

46

logiam A. C. qvod ad illum attinet locum, (cœtera enim hodie  
mul propugnare non licebit) ab errore ipsi imputato imm unem esse  
demonstravero. Qvæ verò omnia ut commodo fiant ordine, duo.  
bus hanc Disputationem sectionibus, generatim loquendo, absolvam:  
qvarum prior *Exegetica*, genuinum loci sensum simulq; illam  
qvæstionem: *An ille ab Apologia A. C. sit perversus?* paulo pluribus  
investigabit, posterior vero *Prædicta* usum ejus paucis indicabit.

*Ad sis proposito Flamine, CHRISTE, Tuo!*

Locum verò Ezechielis C. XX. v. 25 in fonte  
sic legimus:

זֶה אָנָי נָתַתִּי לְהָרֹן חֲקִים לְלִבָּם  
טוּבִים וּמְשֻׁפְטִים לְלִבָּם יְחִינָה כְּחַדְשָׁה:

LXX. illum sic reddiderunt:

Kai éyw̄ idw̄g dñnis w̄egs̄t̄y μετέ & n̄galā n̄ḡdikaȳmata  
ēs̄ oīg & ζ̄h̄on̄t̄z̄ & autōīg

Vulg. Ergo & ego dedi eis præcepta non bona & judicia, in  
qib; non vivent.

Vatabl. Et etiam dedi eis præcepta non bona & judicia,  
propter quæ non vivent.

Seb. Schmidius Quare etiam ego dedi illis statuta non  
bona & judicia, per quæ non vivent.

Lutherus Darümb über gab ich sie in die Lehre so nicht  
gut ist / und in Rechte / darin sie kein Leben  
können haben.

## SECTIO I. EXEGETICA

indagans

Genuinum loci SENSUM,  
simulq; qvæstionem:

*An ille ab Apologia A. C. sit perversus?*  
Si quem librum statim erroneum faceret errorum im-  
putatio, vix ullum sanè librum ab errore immunem possi-  
deremus: Siqvidem & sanctissimo Scripturarum libro erro-  
res & defectus ab Atheis imputari solent, Verum eadem  
ratione

ratione, quā diluuntur isti, dilui qvōq; possunt, qvæ Libris hō  
die Symbolicis objiciuntur. Missis vero reliquis, qvæ ma-  
gno proh! numero multoq; clamore nobis objicere non ve-  
recundantur Librorum Symbolicorum contemtores, unice  
jam circa illum ex *Ezechiele* productum, occupabimur locum,  
cujs examen Adversiorum iniqvitatem ostendet, Libriq;  
Symbolici autoritatem salvabit. Qvatuor verò præcipue  
nobis, *tensum* loci genuinum, & *an ille ab Apologiâ sit perver-  
sus* & investigaturis, tractanda incumbent: (1.) Per brevio-  
rem historiæ hujus controversiæ, cùm *generalis* de libro-  
rum Symbolicorum censoribus atq; contemtoribus, tum  
*specialis*, de loco Ezechieli ab iisdem impugnato, recensi-  
onem, via ad labores proximè suscipiendos erit præparan-  
da. (2.) Variæ variorum sententiæ de h.l. sunt colligendæ.  
(3.) Sententiarum minus convenientium fundamenta veni-  
unt examinanda & discutienda. (4.) Genuina de loco senten-  
tia, pro *Apologiâ A. C.* autoritate servandâ, est ferenda & fun-  
damentis stabilienda, contraq; hostium impetus munienda.  
Qvorum omnium paulò distinctius tractandorum gratiâ,  
qvatuor etiam constituenda sunt Sectionis hujus Exegeticæ  
membra, ex qvibus adeo *primum* est *αρχαρικόν*, secun-  
dum *δευτερικόν*, tertium *τριτορικόν*, quartum *τετταραρικόν*. Esto igitur.

MEMBRUM I. *αρχαρικόν*.

§. I.

**H**istoriam controversiæ *generalis* de censoribus  
atq; contemtoribus Librorum Symbolicorum,  
ut prolixam scripturi non sumus, ita omissis nunc  
extraneis, ordimur à *G. Calixto*, nostri seculi Docto-  
re, qvippe qvi, ut cœtera faceam, vel ipsi Augustanæ Confessio-  
ni non prolixitatem tantum, sed & errata qvædam historicæ  
aliaq; objecit, de qvibus videndus immortalis gloriæ Theolo-

A*z*

gus

4

46

gus B. Dörschen, Professor quondam Argentoratensis, deinde & ab A. 1654. usq; ad. 1660. Rostochiensis, in *Theologo Latrone* p. 280.

§. II. Qvomodo nostris etiam temporibus nonnulli Symbolicos Ecclesiæ nostræ Libros capitalium arguere errorum non erubescant; alii verò quamvis errores dogmaticos & capitales iis tribuere nolint, paroramata tamen illis & errores, in circumstantiis modoq; tradendi ac defendendi admissos, tribuant, notum satis est. Initium verò imputationum aperius, quantum mihi qvidem constat, A. 1684. fecit, in Programmate *Dn. Präsidis mei descriptus M. Job. Jacobus Zimmermannus*, & quidem in libello, quem vocat: *Muthmaßliche Zeitbestimmung/ qyi latere qvidem, sub ficto Ambrosii Sebmanni von Caminiez nomine voluit, sed à D. Georg. Henrico Häberlin/ Professore Tübingensi detectus est in der Schrift. Mäßigen Wiederlegung* p. 71. ubi simul Zimmermanni hujus rationes, Warumb daß Christl. Concordien Buch demselben und andern verdächtig vorkomme/ examinavit & discussit, p. 453. sq. Posteaq; A. 1695. evulgatus est liber, cuius hic titulus: *Grundforchendes Gespräch zweier Personen/ gehalten über die Formulam Concordiae &c.* Hujus Autorem pariter Zimmermannum esse, existimaverim, qvippe in quo vindicias *D. Häberlini* eruditissimas frustaneo conatu illidere molitur, denuoq; magno verborum apparatu contra F. C. insurgit.

§. III. Porrò nominandus quoq; nobis esset *D. Christianus Thomasius*, de quo non immerito ex nostris qvidam Theologis, cuius merita meis majora elogiis, judicavit, *Eundem se pretio conductus fuisse ad maledicendum Formula Concordiae, furorem suum in eandem scivis effundere non potuisse:* Et vere nuper alias, Holmiæ apud Svecos Pastor, ad omnes Sveciæ Episcopos scripsit, *bunc Virum omnium Syncretistarum & Novatorum maledicentiam bâc in parte superasse;* Verum cum ille non possit ferre, ut sui cum aliis conjunctim mentionem facia.

faciamus, qvemadmodum in Disputatione meā Inaugurali,  
pro Baccalaureatu habitā, feceram, ideoq; ipsum ad oppor-  
tuna magis tempora servamus, qvia certiores sumus, nul-  
lum in Roseto hoc nostro intolerabili hujus Viri de Libris  
Symbolicis sententiæ suffragari , adeoq; nullum nobis peri-  
culum à VERITATIBUS ejusdem, (qvemadmodum fal-  
sō sibi persvasit,) imminere.

§. IV. Ea verò, qvæ ab his aliisq; objiciuntur, satis eru-  
ditè discussa sunt à Viris nostræ Ecclesiæ doctissimis. Cum  
enim accusationes suas, Häberlini scripto jam edito, passim  
repeterent, peculiari Disputatione D. Joh. Deutschmannu A.O.  
1696. m. Octobr. pro Libris Symbolicis contra Novatores  
egit, eodemq; mense sex ~~magis~~ hismet libris objecta vin-  
dicavit D. Sontagius: strenue etiam contra eosdem, Librorum  
Symbolicorum autoritatem, præside D. Neumannno A.O. 1698.  
defendit M. Gottlieb Wernsdorffius, Colleg. Philos. Adjunctus.

§. V. Deniq; ad D. Spenerum qvad attinet, qvalem ille  
erga Symbolicos se libros gesserit, ex variis ipsius scriptis, in-  
primis aus der Freiheit der Gläubigen von dem Auschen der  
Menschen in Glaubens-Sachen/ abunde constat; contra qvē  
itaq; consulendi erunt M. Bückerus in den Haupt-gründen des  
Fanaticismi p. 201. &, qvi ex professo contra eundem in hac  
materia egit, M. Samuel Schröer, Superintendens Clödensis, in  
der Ehren-Rettung der Symbolischen Glaubensbücher/ qvo-  
rum scripta hoc anno currente lucem viderunt.

§. VI. Cœterum hi ipsi non contenti, ut generatim si-  
nistre de Symbolicis Lutheranæ Ecclesiæ Libris judicent;  
qvemadmodum patet ex Zimmermanni verbis, in der Muth-  
masl. Zeit-bestimmung/p. 49. ubi ita scribit: oder meinen wir  
in diesem unsern Menschlichen Werke/ so ja (eben der Un-  
vollenkommenheit halben) Stückwerk ist/ könne auch die  
Göttliche Weisheit nichts irriges finden/ weil wir es nicht  
sehen

sehen §. Qvale & D. Speneri est judicium in der Freiheit der  
Gläubigen p. 91. Ob sic (die Symbolischen Bücher) wohlgeliebte/  
Christliche/ und wahre Lehre vortragende und auf unterschiedl.  
mahl gemeldete Art verbündliche Schrifftes sind/ daß  
dennoch in denselben die Wahrheit zuweilen auf eine Menschl.  
Art/die nicht eben aller Fehler durch und durch frey ist/vorge-  
stellt werde, sane Speciatim quoq; ipsos in scenam producunt  
errores, existimantes, jam actum esse de Librorum Symboli-  
corum autoritate, seq; triumphum canere jam posse. In primis  
v. Apologiam A. C. exagitant, quam in articulo de votis Monas-  
ticis p.m. 133. dictum aliquod contra genuinum ejus sensum  
citatis prætendunt. Verba Apologiae ita se habent: Præterea  
contumelia afficiunt Christum, cum dicunt, homines per Monasticam  
mereri vitam eternam. Deus ne sua quidem legi bunc honorem  
tribuit, quod mereatur vitam eternam, sicut clara dicit  
apud Ezech. c. 20. Fgo dedi eis præcepta non bona, & judicia in  
quibus non vivent.

§. VII. Primum vero zimmermanni dubium de hac al-  
legatione exposuit nobis D. Häberlin in der Schriftmäßigen  
Wiederlegung p. 459. Ubi ipsum ita loquenter mitroduct: Da  
doch daselbst (Ezech. 20 25.) Gott der Herr nicht von seinem  
eigenen gesetze handelt/ sondern von der Jüden selbst erwehl-  
ten und errichteten Menschen-Sätzungen/welche Er seinem  
eigenem Göttl. Gesetze entgegen setzt/wie nicht nur aus den  
vor- und nachgehenden Worten zu ersehen/ sondern auch die  
Randglosse Luthers zu verstehen giebt / da er sagt: Menschen  
Lehre ist eitel Unfrid/ Herzeleid und der Todt etc. Qvamvis  
vero ad hoc dubium eruditè responsum à D. Häberlin esset,  
er am bem tamen bis coctam apponebat, quando eadem  
dehinc in dem Grundforschenden Gespräch p. 18. repetebat  
tandemq; ita concludebat: Es kan also die Apologia in die-  
sem Stück auf keinerlei Weise justificirt werden/man mag  
darnach

darnach den Grund-Text nehmen/ oder die vulgatam ad höminem, wie es der Autor entschuldigen will etc. Et paucis interjectis: Und also dieselben Theologi entweder mit der Auslegung oder mit der allegation, warhasstig einen Fehler begangen haben/ und folglich weder der Autor, noch ein ander Theologus es justificiren könne.

§. VIII. Pari etam ratione D. Spenerus de falsâ hujus loci allegatione adeo certus sibi videtur, ut confidenter in der Freyheit der Gläubigen p. 90. scribat: so frage ferner Herm D. Meyer, ob Er die Wort Ezech. XX. v. 25. Darum gebe ich sie in die Lehre/ so nicht gut ist/ und in die Rechte/ darinnen sie kein Leben könnten haben/ von dem Göttlichen Geetz selbst versiehe/ wie in der Apologia f. 128. Siehetz Similiter idem in der völligen Abfertigung contra D. Pfeifferum p. 77. Weil ich auch an gedachten Orte/ die beyden übel und wieder den Sinn des Heiligen Geistes angeführte Sprüche berühret/nämlich Ezech. XX. 25. und Offenb. X. 1. deren jener in der Apologie f. 128. a. von dem Göttlichen Geesse/ dieser von dem Papst erklähret wird/frage ich billig/ warum Hr. D. Pfeiffer auch dieselbe nicht anführe und die symbolische Bücher in dem Pap zu retten bemühet sey? Ists nicht/ weil ihm sein Gewissen saget/es sey ein Menschlicher Fehler mit untergelaufen/wie Er den schwerlich es läugnen/oder derselben Meinung diejenige/ worzu sie angezogen wordē/zuseyn sagen wird? Ita certissimē hi aliquā Librorum Symbolicorum hostes de errore hīc commisso persvasi sunt: Verūm non qvi accusatur sed qvi convincitur, reus est. Et qvamvis Zimmermannus existimet; daß diesen Fehler kein einziger Theologus justificiren könne / ceu verba ejus præced. §. 7. citata sonant; propterea tamen deterreri nos minimē patiamur, operam daturi, ut fontis Hebræi & contextus ope Apologetam satis justum declaremus.

B

MEM.

4

46

## MEMBRUM II. *monas in gr.*

§. I. Facta enim præparatione per breviorem historiæ *tum generalis tum specialis* recensionem, nunc ad collectionem variarum de hoc loco sententiarum pro temporis ratione accedimus. Negari quidem non potest, locum Ezechielis variis interpretationibus & expositionibus esse obnoxium, quas à Polo ad h. l. collectas, in ordinem verò apud *Hackspanium* in Not s Bibl. ad h.l.p. 838. redactas videre licet; attamen haud infelicem nobis successum promittimus, si & nos varias aliorum sententias consideraverimus, iisdemque rectius examinatis, tandem eam, quæ nobis rectior censetur, idoneis sufful-tam argumentis subjecerimus.

§. II. In duas verò classes illos, qui locum hunc interpretantur, cum *Hackspanio* dispescere nobis integrum erit. Alii enim textum hunc accipiunt de *legibus Mosaicis ab ipso Deo latiis*; alii de iis *accipientia* esse negant. Prior classis eorum, quidem *legibus ab ipso Deo latiis* explicant, iterum in varias scinduntur sententias. Prima est horum, qui dicunt, textum de *lege moralis*, quamvis alio & alio respectu, esse explicandum; Secunda eorum quidem *minus*, quæ & ipsæ in *lege Mosaicâ* leguntur, exponunt. Tertia istorum qui *legem ceremonialē* volunt intellectam. In posteriori quoque classe, illorum scilicet qui non de *lege Dei* locum accipiunt, sententiarum divortia reperiuntur. Quidam enim accipiunt verba de *statutis & judicis hostium*, in quorum manus postea divino judicio pervenere judæi; alii de *traditionibus patrum* unicè sermonem esse, conantur probare.

§. III. Cum vero ultimum in posteriori classe locum Adversarii quoque nostri teneant, & illorum causâ primariò hæc disquisitio sit instituta, omnium primò quoque horum sententiam proponemus, à posteriori classe initium facturi. Ita verò *Zimmermannus* II. alleg. Es redet dieser Vers klar und deutlich von der Menschen Lehre. Conf. verba ejus supra in §. VII.

§.VII. Membro I. adducta. Habent qvoq̄ multos partim ex  
antiqvitate, partim ex recentiori ævo Scriptores s̄ecum con-  
sentientes. Præter Autores, qvos ipſe de hac materiâ con-  
ferre scribens potui, allegantur pro hâc sententiâ Grotius, qvi  
verba hæc ita explicat: *mentem illis ademī, ut legibus meis: on-  
temtis, ipſib⁹ leges facerent duras & mortiferas, in qvā senten-  
tiā Grotium seqvi Chaldeus & Rabbinos, scribit Coccejus in  
Comm. ad h. l. Item Maldonatus, cuius sententiam hanc esse,  
testis est Cornelius à Lapide in Comm. adh. l. Accedit Fried-  
libius in Theol. Exeg. adh. l. Lavaterus in Comm. adh. l. Osian-  
der Paraphr. Bibl. qvos posteriores à Dn. Schröero in der Ehren-  
rettung der Symbolischen Glaubens Bücher p. 159. adductor  
reperio. Reliqvorum qvoq̄ Autorum, sententiæ huic faven-  
tium (cum ad manus sint) ipsa nunc verba referemus *Hiero-  
nymus*, qvamvis nihil certi statuat, tamen & hanc in explica-  
tione hujus loci adducit sententiam sqq. verbis: *Dedit ergo  
eis Deus dispersis in Gentibus præceptia non bona b. e. dimisit eos  
cogitationibus & desideriis suis ut sacerdentes, que non conveniunt;  
Et polluit eos in muneribus suis, sicut sacerdos, leprosus de populo  
separans eos pollutos esse demonstrans, dum idolis offerunt, que  
Deo offerre deberent, & transducunt omne quod aperit vulnus  
per ignem Baali, i. e. primogenita, ut postquam deserti fuerint  
à Deo & idolorum cultu traditi, tunc intelligant, quod ipſe sit Domi-  
nus. Calovius in Bibl. illustratis, qvamvis de proprio nullam  
nobis reliqverit explicationem, tamen cum Chaldaeo facere  
videtur. Vinarienses B. Luther: interpretationi subscribunt: die  
rechte Lehre Gottes ist Friede/Freude und Leben im Heiligen  
Geist. MenschenLehre ist eitel Unfried/Herzeleid und der  
Todt/den sielässt dem Gewissen keine Ruhe noch Friede/ wie-  
wolsie groß Ding thun/als viel opfern auch die liebsten Kin-  
der verbrennen/wie Er sagt im Text &c. Hackspanus l. all.  
biuic sententia omnia favere existimat, verbumq; non acti-**

vè sed permissivè sumi debere, contendit. Neqve rece-  
dunt ab hâc explicatione etiam ex illis qvidam, qui pro Apo-  
logiâ Augustanæ Confessionis apologias scripsere. Ita D.  
Häberlin hanc interpretationem circumstantiis textus  
convenientiorem existimat illâ, quæ de ipsâ lege Dei in-  
terpretatnr. Pariter laudatus suprà Schroerus. Wann ich die  
Wahrheit bekennen soll / halte ich selbst nicht davor/ daß der  
Prophet von dem Göttlichen Gesetz selbst rede; sondern Er  
redet von einem andern Gesetze falscher Lehre/ wie es obige  
angesührte Autores erklären.

§. IV. Deinde ad istorum classem, qui præsens di-  
ctum de legibus ab ipso Deo latis accipiendum esse negant re-  
ferendi quoque sunt, qui verba **וְשָׁפֵךְ יִרְאָה** per allu-  
sionem exponunt de statutis & iudiciis hostium, in quorum ma-  
nus postea a divino iudicio pervenere Judæi, qui eos duriter tra-  
clarunt, & leges prescripserunt non bonas, & iudicia quæ non vi-  
ram sed mortem potius accelerarent. Pro quâ sententiâ non  
solum ab Haikspanio, sed & in Critic. Angl. allegatur  
R. David Kimchi, cuius commentarii alias non solum à Ju-  
dæis sed à Christianis quoq; ob eruditionem & perspicui-  
tatem magni æstimantur. Adscribam autem hujus senten-  
tiā, prouti in Critic. Angl. proponitur: Per statuta mala  
Kimchi intelligit tributa, quæ Gentes victoribus imponebant, &  
quæ Judei quotannis pendere cogebantur & alia onera atque les-  
ges, sub quibus serriebant Gentibus. Nolebant parere legibus  
ad salutem datis, ideo cogebantur ferre leges malas, quas Domi-  
nus per Gentes imposuit, qualis est, quod juxta mores Gentilium  
filios suos primogenitos, qui Dei erant, per ignem traducebant in  
bonerem idoli Moloch, unde Deus provocatus eos devastare con-  
stituit, sicut mox in textu sequitur. Hunc judæorum Docto-  
rem sequitur Job. Oecolampadius in Comm. adh.l. qui pari-  
ter per **וְיִרְאָה** intelligit tributa à Gentibus iisque victoribus im-  
posita,

posita ceteraque onera ac leges, quibus servi immoriebantur,  
quas Deus per hostem, qui minister Dei est, imposuit, & hanc sen-  
tentiam judicat simplicissimam, & coactius esse, dicit, quando  
aliqui legem bonam verti in malam, existimant. His quoque  
annumerandus est. *Nicolaus Arnoldus* in cuius *Luce* hac vice non  
cernimus lucem; ita autem ille: *Loquitur Deus apud Prophe-  
tam de legibus, non suis, quae certe optimae fuerant, vitam allatu-  
re, si observate fuissent; sed Moabitarum, Ammonitarum, &  
Philistaeorum, quarum legum imperio eos subjecit Deus iustojudi-  
cio, cum suis parere nolent. Adeoque cum leges excusserint bonas  
vitam allaturas, Deus illis, in paenam se, dedit leges peregrina-  
rum Gentium malas, quae vitam conferre non possent.* Hanc  
quoque sententiam facit suam *Calvinus*, cuius verba quam-  
vis ex ipsius, libris annotare non possumus, tamen prout  
à socio fidei ejus *Coccejo* annotata sunt, hic adscribam:  
*Deus ergo dedit leges non bonas, quando passus est, miseros illos*  
trahi sub magnam congeriem errorum. Fuerunt enim illæ  
leges non bonæ. Quidam violenter torserunt hunc locum,  
dum putant, vocari legem ipsam à Mose promulgatam non  
bonam, quod sit mortifera teste Paulo, sed corrumpunt Prophetæ sensum. Deus enim hic legem suam comparat cum  
Gentium superstitionibus. Ultimo tandem loco referimus  
huc *Cornelium à Lapide* in *Comm.* qui textum ita interpreta-  
tur: *Quia iudei suavem meam legem rejecerunt; hinc permisi  
eos subdiabolibus & tyrannis, qui precepta iyrannica & intoleran-  
dæis darent, sub quibus vix traherent animam, vix viverent.* In  
eo tamen à reliquis hujus sententiæ patronis dissentit, quod  
per tyrannos & hostes non intelligat Principes s. Reges E-  
dom, Ammon vel aliarum Gentium, sed *carum deos* aut po-  
tius *demones*.

§. V. Ex alterâ nunc classe prodeant, quotquot de  
ipsis *legibus, à DEO per Mose* laus, hunc locum interpretan-

B 3

tur,

4

46

tur, & qvidem primò ii, qui de *lege moralis* exponunt. Qvod ipsum ut obtineat *Menasse Ben Jisrael*, tandem eò dilabitur, ut putet, textum pronunciatione juvandum esse, hoc nimirum modo: *Ego etiam eis dedi statuta non bona?* per interrogationem, quasi dicat, omnino bona ipsis dedi, si ea servassent, sicut Ezech. XXVIII, 3. *ecce sapientia tua prædantele?* De quâ sententiâ videatur Hackspanius l. all. Succedant alii, qui quamvis de *lege moralis* hunc locum utique accipiendum esse, judicent, tamen aliter suam declarant sententiam, dum h. l. legem ejusq; *perfectionem* perfectioni gratiæ Evangelii opponi, putant. Citatur pro hâc explicatione ab *Hackspanio*, *Sixtus Senensis post Augustinum*, & additur ibidem explicationis ratio, quæ hæc est. *Quando duo opponuntur ob perfectionem, tum quod minus perfectum est, dicitur malum.* Sic Matth. VII. 11. Luc. XIIIX. 19. Sunt præterea, qui hanc quidem sententiam defendunt, sed *ad huc alias* afferre *explicationem* deprehenduntur, dicendo: Legem Dei vel considerari per se, quatenus omnino bona est, vel *per accidens*, quatenus in negotio justificationis non prodest, adeoque sic *non bona* dicitur, quia peccati & damnationis agnitus est ex lege, prætereaque iram operari dicitur. Ita *Pareus* in *Adversariis* ad h. l. *Conferri* etiam poterunt *Gerhardt* annotationes, ad i. Tim. I. v. 8. Nec *Hieronymo* illa displicere videtur explicatio: postquam enim in Commentario is primò de lege Dei oraculum hoc nostrum exposuerat, mox inter alia sequentem in modum differit: *Eo tempore, quo natura bona erant præcepta Domini, & judicia, in quibus possent credentes vivere, facta sunt eis non bona, dum nequaquam valent in captivitate legis præcepta servares.* Pro hâc ultimâ explicatione passim nostri quoque militant Theologi. Etenim D. *Sontagius* in *De pœnitentia sex Parvorumatum Augustana Confessioni ejusdemq; Apologia* *Car-*

¶ Articulis Smalcaldicis imputatorum, sensum loci ab Apologiâ minimè perversum esse, demonstrare conatur, vocatâ in subsidium illâ D. Chemnitii distinctione, L. C. p. II. Loco de Lege p. m. 5. ubi summus ille qvondam Theologus monet: Legem divinam duobus modis considerari, vel per se, ut Deut. XI: 26. XXX. 19. proposuit tibi vitam & moriem, benedictionem & maledictionem; vel quatenus refertur ad naturam nostram peccato corruptam & viciatam; ita Rom. VII. 10. mandatum, quod Paulo fuerat ad vitam datum, inventum ipsi fuisse ad moriem: ¶ in illa relatione Paulum dicere, quod lex operetur iram. His observatis, inquit Sontagius, l. c. sole meridiano clarius evadit, loqui Prophetam in allegato versu de lege divinâ, quatenus posteriori modo spectatur. Eandem quoq; loci interpretationem Autor Disputationis de Autoritate Librorum Symbolicorum sub praesidio D. Neumann: Wittebergæ Ao. 1698. habitæ suam facit: siqvidem in illâ hæc reperiuntur verba: Ezechielis dictum, quod minus de lege divinâ possit accipi nil obstat, dummodo observetur eandem b. l. non attendi ratione sui; sic enim est sancta, preceptum est sanctum, iustum & bonum Rom. VII. 12. sed accidentalis eventus, sic ira operatur Rom. III. 15. nec data lex est, quæ possit vivificare Gal. III. 21. sic repertum est, mandatum Iſraëlis eis ad vitam datum, iisdem ex accidente cessisse ad mortem, ut Pauslus de se loquitur Rom. VII. 10. Horum quoq; vestigia premit Cl. Bücherus Ecclesiastes Dantiscanus in den Haupt-Gruenden des Fanaticismi Cap. V. p. 209. der Ort inquit, Ezech. XX. kann sehr wohl und ohne dem Text Gewalt zu thun verstanden werden von dem Gesetz das von Gott selbst gegeben wie die Worte ausdrücklich lauten: Ich habe Ihnen ein Gesetz gegeben das nicht gut ist; das zwar an sich gut aber nicht dene ist/ die es nicht halten können. Rom. VII. 12.

§. VI. Hanc porrò de lege quidem morali intellectam, sed à variis explicatam varie sententiam, nunc illorum excipit assertum

& fertum, quo præsens locus de minis, que & ipsa in lege Mosaica leguntur Deut. XXVII. & XXVIII. explicatur. Ita Ravanelius in B.S. Tom. II. p. 1168. existimat, per statuta Dei aliquando intelligi comminationes Dei, quæ adduntur preceptis ipsius, aduersus eos, qui præcepta illa non obseruant: ubi & pro firmando opinione suâ ad nostrum provocat locum, Ezech. c. XX. v. 15. eandemq; ex Zach. I. 6. confirmat, ubi dicitur: אָרְבּוֹר וְחַקִּי אֲשֶׁר צוֹתֵית אֶת אָבּוֹר הַנְּכִיאִסְתָּה הַלְּוָא הַשְּׁגָן אַבְּהָוָס i. e. Veruntamen verba mea & statuta mea, quæ præcepseram servis meis prophetis, nonne asequata sunt maiores vestros? Eodem etiam versio Gallua Genevensis Ao. 1685. edita, tendit, quando in margine ostenditur, quomodo Deus dederit statuta non bona: Et pourtant leur ai-je aussi donné des statuts qui n' estoient point bons, & des ordonnances, par les quelles ils ne vibroyent point; i.e. prononçant contre eux sentence de condamnation & desployant sur eux mes justes jugemens. Videtur tamen potius de ipsâ minarum executione, quam de minis hunc locum intelligere, cum & in confirmatione hujus explicationis citetur Num: cap XVI & XXV. Cœterum abs Hackspanio quidem allegatur quoq; B: Waltherus in Harmonia; ac si eandem foveret sententiam; sed collatio ipsa ostendit, B. Waltherum cum illis potius facere, qui de traditionibus & hominum doctrinis locum exponunt, quam huic de minus sententiæ suffragari.

§. VII. Ultimo tandem loco nunc illos producimus, qui legem hîc ceremonialē intelligi contendunt. Hieronymus sanè post alia, quæ in superioribus §. §. exhibuimus, annotata, tandem & hanc sententiam non sine quadam complacentiâ adducit, dum ita insit: Potest & hoc dici, quod ante offendit Decalogum tantum acceperint: post idololatriam verò & blasphemiam multiplices legis ceremonias, ut Deo potius offerrent victimas, quas dæmonibus offerrebat, & comparatione sacrilegij, levius fieret quod non erat perse bonum, & nequaquam malum, quia DEO offerbatur,

rebatur, & tamen non bonum, quia boni Autorem offenderant. Similia fermè duobus ante Hieronymum seculis scripsiterat Justinus Marthr in Dialogo cum Tryphone p. 59. edit. Basil. Mandata DEI bona sunt, sed abuso iudeorum non bona facta, utpote quicquid DEO debitum idolis praesisterint, & ante offendit a nulli Decalogum tantum acceperunt, post idolatriam autem & blasphemiam, multiplices legis ceremonias, quas extra terram sanctam servare nequivarent. Unde, Hieronymum ultimam hanc sententiam ex Justino desumisse, non adeo vero absimile est. Cui sententiæ & alii ex Patrum numero subscribunt. Cyprianus enim Alexandrinus egregie de materiâ hâc contra Julianum l. 9. disputat. Postquam enim dixerat, Israelitas ruidus & levius cor habuisse & propterea illis datam esse legem obscuram, per figuram, ægræ ad veriores sensus deducere valentem, & nondum sanctæ conversationis viam manifestè inducentem; deinceps hoc suum assertū probat hoc Ezechieli loco, & his verbis. Quod autem Israeli, cum offendisset & desperet, recte legem incedere non posset, in umbris & literis quasi adhuc parvulis, legem constituerit DEUS, didicerit quis per vocem Ezechieli, sic dicentis: "Et extendi manum meam super eos in deserto addispergendum eos in regionibus, eò quod justificationes meas non fecerunt, & præcepta mea repulerunt, & Sabbathus meus profanarunt, & post cogitationes patrum suorum fuerant oculi eorum: & ego dedi eis præcepta non bona, & justificationes, in quibus non videntur in eis. Ipsa verò loci verba sic interpretatur: Non bona autem legitima quomodo? quantum ad veritatis inquam pulchritudinem, incomparabiliter enim utilior enigmatibus veritas: siquidem mentitum non est, quod his, qui ex sanguine Israel nulla prorsus utilitas erat, quod comedebant panes non fermentatos &c. Mira quidem est expositio Gregorij M., quando verba Jobi c. XXXVIII. v. 9. in Expositionis Moralis Lib. XXVIII de legibus ceremonialibus, rudi populo Israelitico à DEO datis, interpreta-

C

tur

4

40

tur; Verum nos impræsentiarum non de illis Jobi verbis solici, illam suo loco relinquit, contenti, hunc Gregorium, qui meritò inter Pontifices optimos censendus, de iisdem legibus intelligere nostrum, in cuius expositione jam occupati sumus, locum, quando l.c. ita scribit: *Hos pannos infantiae, quos inchoantibus dedit, ipse per Prophetam Dominus reprobet, dicens: Ego dedi eis præcepta non bona; mala enim quasi mala, esse desinunt comparatione peiorum, & bona quasi bona non sunt comparatione meliorum.* Quid autem per pannos infantiae legem ceremonialem intelligat, ex verbis seqventibus clarissime apparet. Jungimus huic Gregorio M. Anastasium, aut potius Autorem Quæstionum & Responsionum de variis argumentis in Sacram Scripturam, quæ sub Anastasii nomine extant, (nolumus enim controversiam de Autore harum quæstionum facere nostram, cum doctissimo Critico judice *Caveo infinitum esset omnium de hoc opere sententias, objectiones, responsiones recensere*, vid. A. Cit. in H. L. p. 296.) Vult autem ille Autor, statuta non bona vocari præcepta de sacrificiis alioquin; rebus legalibus data Israëlitis, quod non essent præcepta digna DEI bonitate & clementiæ, neque convenientia bono (I. svayi) jugo, quod eis, impônere voluisse; sed dura essent, præter legislatoris consuetudinem; eorum, quibus ferebantur leges, insolentiæ necessaria ac convenientia; Itaque non bona expонit duræ. Quapropter inquit: *Annon est durum fugere mortuum? aut mulierem, quem peperit, inter immunda censeri? aut domum solvere, in qua fuerit aliqua cicatrix in parietibus aut trabibus?* Sed duro frena voluit DELIS per bac domari duri cordis populum, iudeorum. Hos vero dum recenseo, minimè prætereundi sunt Ambrosius & Theodoreetus. Et quidem ille, cum in Epistolarum lib. 9. Ep. LXXII. talem proposuisset quæstionem: *Cur, quod licet in Lege, in Evangelio ceperit non licere?* Sequentem in modum

dum respondendo, nostrum quoq; locum adducit: Denig  
per Prophetam DEUS legis ait: Dabo vobis præcepta non bona,  
b.e. non perfecta. Quid enim bonum, ut q; perfectum. Idem  
autem DEUS Evangelio perfectiora servavit, siquidem ait: Non  
veni legem solvere sed implere. Quæ igitur istius causa distan-  
tia? Nisi humana varietas. Sciebat duræ cervicis populum iudeo-  
rum, lapsu humilem, perfidiâ promptiorem, qui aure audiret &  
non audiret, oculis videret & non videret, lubrico quodam infans-  
cia levem & immemorem præceptorum, & ideo legem tanquam  
pedagogum mobilis plebis ingenio & menti adhibuit infirme &c.  
Quæ verba, paulò obscuriora licet, unâ cum reliquo contex-  
tu nos docent, Ambrosium quoq; locum de lege ceremoniali  
explicasse. Hic verò nimis <sup>4</sup> mirum Theodoreus in Comm. ad h.l.  
omnium clarissimè pro sententiâ hâc ita loquitur: Cum enim  
dederim, inquit, justificationes ipsis, quas faciet homo & vivet in  
eis, & per hæc intelligit decem verba legis, à quibus migrarunt ipse  
atq; ea sine ullo metu aspernari perseverarunt, aliis eos præceptis  
obstrinxerunt veluti affixi, que vitam nullam ipsis ministrare po-  
terant, sed sua observatione & in ipsis occupatione id efficiebant, ue-  
necessarias leges illas violare desisterent, atq; bis innuit præcepta  
de lepra, de ossibus cadaveris & morticiano, & seminis fluxu labo-  
ranti & de aliis hujuscemodi, & crebras proprieatate expiationes  
& sacrificia, que pro bis offeruntur. In his enim observandis illæ  
occupati, non amplius necessarias illas & utilles leges poterant asper-  
nari, idecirco non dixit, DEDISSE SE ILLIS MALA  
PRÆCEPTA, SED NON BONA. Neq; enim vitium edo-  
cebant, neq; virtutis ipsa per se erant efficientia, sed crebro ad sacra  
Dei templum adventare & Deo presto esse cogebant. Qui enim  
se pollutum credebat, is ad expiationem aecurrebat, ad quam cum  
pervenisset, in Dei memoriam redibat, atq; hæc ipsa memoria  
impia mentem exterminans, divinas leges observandas persua-  
debat. Ipsa igitur perse non bona, que divino consilio hanc consenti-  
ebant

ebant sed eorum, quibus lex imponebatur, imbecilitati congruebant. Non tamen ipsa pulchra neq; necessaria, sed ad bona & necessaria adduebant. Theodoreto quoq; assentiri videtur Spanbemius P. III. Dub. Evang. Dub. CVII. p. 533. dum in conciliatione locorum. Matth. V. 17. Ne existimare me venisse, ut dissolvam legem, & Matth. IX. 13. XII. 7. Discite, quid sit, misericordiam vole & non sacrificium? sententiam Theodoreti allegat & non improbat his verbis: Sic Theodoreto & aliis usum jana olim apud Prophetam Ezechiellem, c. XX. v. 25. Deum vocare precepta ceremonialia תָוּבָרִים חֲקִיקִים precepta non bona, non à mās, sed οὐχ εἰκόνες tantum, non absolute sed comparatè solum; imperata quippe à DEO & commendata alibi. Jisdem & suffragatur Galatinus, qui Lib. XI. de A. V. C. Cap. VI. p. m. 567. quæsitus: Quamobrem precepta ceremonialia dicuntur non bona? respondet: Quia per ea homines non justificabantur: erant enim umbra, gratiam, quā nunc justificamur, praesignantes. Nec tamen mala fuisse dicendasunt, cum divinitus precepta fuerint, temporis personisq; congruentia. Et propterea forte Deus canon dixit mala sed solum non bona i. e. nontalia, ut per ea homines bona justique fierent. Ex recentioribus scripturarum interpretibus, illis ex antiquitate adductis vix unus alterque adstipulatur. Pluribus verò sententiam hanc, non solum proponit sed & corroborat, Job. Cocejus, de quo Viro accuratum Dn. D. Fechtui, judicium, in Coll. MSS. ad Comp. Hist. Eccl. Rechenbergianum apponere placet: In hoc viro, inquit, cumpromissis laudabile est, quod Christum ubiq; studiofime quæsivit. Sed & id fatendum est, in interpretando frequenter excessive curiosam adhiberi diligentiam, & nimium emungendo texum sanguinem potius quam succum exprimi. Atque ita varias & discrepantes variorum sententias longo ordine collectas recensuimus. Seqvitur jam

MEM-

### MEMBRUM III. ἀραιδασικόν.

§. I. Nunc enim necessum est, ut de sententiis tam  
discrepantibus, per modestum examen illarum, qvas textui  
minus convenientes arbitramur, judicium feramus, ut deinde  
tanto commodius ad convenientiorem penetremus. Primò  
igitur semovemus illorum sententiam, qvi locum hunc de  
traditionibus Patrum intelligunt, licet tribus præcipue innan-  
tur argumentis. Dicunt enim (1.) Deum passim in hoc ca-  
pite conqveri, qvod Israelitæ patrum vestigis insisteret & ido-  
lolatria operam dare maluerint, qvām divina amplecti manda-  
ta, quibus vita erat promissa, conf. v. 18. 21. 24. & 30. ideoq;  
Deum illos propriis cordis desideriis i. e erroneis pravisq;  
opinionibus tradidisse: unde verbum נָתַת reddendum pu-  
tant per tradidi, & vocem — per quare etiam: ita Vulg. Lutb.  
& Seb. Schmidius: darum übergab ich sie &c. (2.) Configunt  
ad seqventem immedietè versum 26. collatum cum v. 31 ubi ex  
ipsorum sententiâ fit mentio oblationis filiorum, unde & D.  
Häberlin suprà membr. I. laudatus ita scribit. Es ist die Dolmet-  
schung Lutheri ümb so viel weniger zu verwirren, dieweil im  
nachfolgenden 26. Versicul eine Art solcher Menschen-Sa-  
hung und Götzen-Dienses benauiset wird/ wie sie nemlich in  
ihrem Opfer alle Erstgeburt durchs Feuer verbrandt haben.  
(3.) Denique in subsidium vocant seqventem v. 39. Vos itaque  
o Domus Israelis, sic ait Dominus Iebovab, quisq; sacercoreos De-  
os suos agedum colite etiam postea, siquidem non auscultatis mihi:  
nomen vero Sanctitatis meae ne propbanate amplius donis  
vestris, & sacercoreos dei vestris. In quo versu suam esse sen-  
tentiam expressis planè verbis stabilitam putant.

§. II. Horum qvidem argumenta videntur plausi-  
bilia, sed rectius considerata minus solida deprehendentur.  
Ad primum qvod attinet, non negamus qvidem, Deum pas-  
sim conqveri in hoc capite, qvod Israelitæ malint ve-

stigiis patrum insistere, quam divina amplecti mandata; nec negamus, Deum justissimo illos iudicio dehinc idolorum cultui tradidisse, quemadmodum Act. VII. v. 41. dicitur: *Veritatem autem sese Deus & tradidit eos ad colendum exercitum cœli;* sicut scriptum est in libro Prophetarum &c. Qvod in deserto factum esse verba seqventia evincunt; Exim tamen non sequitur: Ergo præcisè & hoc v. 25. cap. XX. Ezech. illa traditio describitur. Probandum enim esset, verba illa וְגַם אָנָי נָתָתִי לך Etiam ego dedi illis, exponi debere de ejusmodi traditione vel permissione, cum à communi significazione verbi נָתַת dedit, seqiente præsertim particulâ ה qvæ & h. l. seqvitur, non temerè sit recedendum, itemqve non solum de sabbatho v. 12, dicatur וְגַם אָתָה שְׁבָתוֹתֵינוּ תָּלֵחֶת qvod Lutherus itavertit: ich gab ihne auch meine Sabbath/ sed etiam de lege morali in v. 11. idem verbum adhibetur וְגַם אָתָה לְךָ וְאָתָה לְךָ i. e. Et dedi illis, adeoq; & in v. 25. indubie, hoc verbum eadem ratione intelligi debeat: ich gab ihnen &c. Præterea & ex circumstantiis textus hoc observandum esse existimaverim, qvod, quemadmodum Deus, licet vel maxime à parentibus Israelitarum in deserto ad iram provocatus fuerit, tamen non omnem illis præcluserit gratiam, (vid. v. 17. cum præced.) ita qvoq; ipsum imorigeros erga filios se eundem gessisse, legamus. Etenim v. 18. describitur, qvomo do Deus prohibito cultu idololatrico à Patribus conficto, (v. 19 & 20.) sua illorum filiis præcepta dederit servanda, & qvomodo item filiis, eorundem cum patribus scelerum reis (v. 21.) Deus qvidem ad inferenda iustitiæ divinæ signa, & supplicia ultima valde fit commotus, verum, ut commendaret Prophetæ divitias τῆς χρηστότητος αὐτῷ καὶ τῆς ανοχῆς, οὐ καὶ τῆς μεμφεθυμίας, non tantummodo patribus sed etiam filiis exhibitas misericordiæ adjungit effecta, hinc v. 22. dicitur: *Deus nunc manum suam reduxit;* unde tandem, quamvis interposita etiā aliqua

aliquâ dispersionis 'cujusdam pœnâ' patientiæ ulterioris de-  
monstrandæ caula & seqyente v. 25. (qvi noster est locus) iisdem  
in memoriam revocat, qvomodo Deus legem denuo &  
statuta (de qvibus, qvalia sint, jam disputatur) illis dederit,  
ne qvicq; haberent, qvo cultum suum superstitionis &  
idololatriæ excusare possent. Deinde ad secundum qvoq; argu-  
mentum respondetur (1.) in v. seq. 26. (ad qvem confugiunt)  
nullam fieri mentionem oblationis filiorum per ignem, qvem ad-  
modū in membr. IV. clariū spatebit, sed hoc versu illud dici-  
tur: *Deum Israelitas in muneribus suis impuros declarasse*, (ita  
verbū טמא in Piel usurpatur Levit. XIII. v. 8. & 44.)  
~~בְּהַעֲבֵר בְּלִפְנֵי רָחֶם~~  
i.e. in transire faciendo i. e. cum transire  
guberet omne aperiens vulvam (i. e. cū Deus omnē primogenitu-  
rā eligeret, conf. Exod. XIII. 12. ubi idem verbum עבר habetur,  
cum dicitur: ~~בְּלִפְנֵי רָחֶם~~ הַעֲבָדָה כְּלִיל Lutherus, du holt aus  
sondern dem Herrn/ alles was zum ersten die Mutter bricht)  
adeoque non de oblatione filiorum per ignem Moloch offa-  
ctā, sed de oblatione primogeniture à Deo mandatā agitur. Sed  
eā de re plura dicendi infrā membr. 4. dabitur occasio. Re-  
spondemus (2.) matè illa verba: *per ignem Moloch*, versioni-  
bus nonnullis interponi, qvæ in fonte non habentur: siqvidē  
& falsum, qvod Israelitæ omnia primogenita per ignem tra-  
duxerint; nec ante occupationem terræ Cananeæ factum il-  
lud esse legimus. Consentit Hackspanius in notis ad h. l. qvan-  
do hoc factum esse dicit, *cum Israelite pacatè Palestinam in-  
habitarent*. Nec obstat, qvod ex Amos. Cap. V. v. 26. (de qvo  
loco conferri poterit B. Pfeifferus in Dub. Vexat. p. 829.) Proto-  
Martyr. Stephanus Act: VII. v. 42. & 43. probet, Israelitas  
etiam in deserto τὸν οὐλόν & Μόλωξ bajulasse: illud enim de aliis  
Idololatriæ illorum generibus, non verò de horribili illâ  
τικερονίᾳ per ignem, Levit. XVII. 21, XX. v. 1. prohibita in-  
telligendum

4

46

telligendum esse, persuasi sumus. Præterea etiam, quando  
Ps. C VI. v. 39. dicitur, qvod *Israelite filios suos filii asque de-*  
*monibus sacrificaverint*, illud de posterioribus temporib-  
us interpretandum esse, v. 34. & 38. svadent. Adeoq;  
cum ex seq. v. 31. capitis hujus XX. Ezechielis, tanquam  
loco versui 26. parallelo suam confirmare sententiam Auto-  
res, tum ex nostratis, tum ex aliis qvidam supra Membr.  
II. §. 3. nominati, conantur, tunc neque differentiam temporis,  
neque phrasin Ebræam attendunt. Versus enim 26. agit de fi-  
liis Israelitarum adhuc in deserto degentibus; versus autem  
31. de Israelitis jam in terram Canaan introductis. In versu  
26. dicitur; — פֶּתַר רָהָב בְּהָעֵנִיר כֹּל — cum transire faceret (juberet)  
omne aperiens vulvam: versu autem 31. ira-  
ducendo filios vestros per ignem, ubi in versu qvidem posteri-  
ori 31. expressa fit mentio traductionis per ignem; ast in v. 26  
de illâ ne ~~xi~~ qvidem comparet. Neq; sequitur, v. 31. agi-  
tur de traductione filiorum per ignem, ergo & versu præ-  
ced. 25. qui est noster, uti ex dictis eluceat. Nec ultimum  
denique argumentum qvicquam probat. Concedimus enim,  
Israelitas tempore Ezechielis viventes dimissos & traditos  
esse cultui idolorum: Quomodo autem à temporibus judæ-  
orum posterioribus, omnium deterrimis, Republicā ipsorum  
jam collapsâ populoque abducto ad priora argumentari pos-  
sint? equidem non videmus.

§. III. Retusis ita partis adversæ argumentis, fortiora nunc illis opponimus. Primo enim non contemnen-  
dum est, qvod Theodoreus Comm. in Ezech. scribit,  
*Quidam igitur hec de idolorum cultu dicta acceperunt DEDI pro*  
*PERMISI intelligentes. Sed per spiculum est, eos nequaquam eorum,*  
*que dicta sunt, sententiam perceperisse: impian enim idolorum reli-*  
*gionem nemo recte sentiens NON BONAM dixerit, sed admo-*  
*dum MALAM. Non ergo sapientie fons, pietatis legislator,*  
*impietatis*

impie<sup>tatis</sup> accusator, extrēmām impie<sup>tatem</sup> non bōndū appella-  
vit, quam malitia terminum vocat. Secundō, mirum est, Auto-  
res illos non attenderē rectius fontis verba **תְּהִלָּה**, qvippe  
qvæ exponi minimè possunt nec debent: tradidic eos; sed potius  
sunt vertenda: *dedi illis*. Siqvidem observante Philologorum  
ocello, B. Glassio in Phil. S. L. IV. Tr. I. p. m. 870. **ל** crebro  
& communiter **Dativum** constituit; neque à frequentissimā  
& communi significatione facile recedendum. Nec ob-  
stat (1.) loca qvædam, in qvibus **ל** etiam Accusativum desi-  
gnat, uti 2. Sam. III. 30. **וְאַבְנֵר** & **אֶבְנֵי** frater ejus occide-  
runt **אַבְנֵר**, Psalm. LXIX. 6. **וְאֱלֹהִי** **D**eus tu novisti flui-  
meam Psalm. CIV. v. 32. **לְאַרְצָה** quo intuente in terram. Jerem.  
XL. 2. **לִירְמִיחּוּה** Recepit prefectus facellitorum **יְהִרְמִיאָם**. Thren.  
IV. 5. **לְמַעֲדִינִים** comedentes delicias: Siqvidem omnia hæc loea,  
præter alia, ad explicationem, & constructionis rationem  
annotanda, vel unicâ illâ responsione, qvæ est Buxtorffii; L. II.  
c. 12. Reg. i. cum qvo etiam facit B. noster Glassius l. c. di-  
mittere possumus, dicendo in his locis esse Enallagen  
Dativi pro Accusativo. Accedit & hoc, qvod nulla sit ido-  
nea ratio, qvæ nos cogat, ut à communi hujus præfixi signi-  
ficatione hic recedamus. Nec obstat (2.) locus Hof. I. 6.  
**לְהַשְׁאָן** **אֲשָׁר** **לְהַשְׁאָן** i. e. tollendo tollam eos: Lutherus ich will  
sie weg werffen: Nam uti **Vatablus** in notis habet, juxta  
alios **אֲשָׁר** per partem vel remittere reddendum, ut sit sensus  
remittendo remittam **לְהַשְׁאָן** eis, si sc. resipuerint; uti in illâ  
significatione extat Num. XIV. 19. **לְעַמְּךָ** condon-  
na tipopulo, vel **ל** notat super **אֲשָׁר** significat hicelevavit (qvæ  
significatio satis est usitata: unde **נָשָׂר** princeps, prelatus, super  
alios elevatus) ut sit sensus: **Elevando** & **eleabo** super illos **אֲתָה אֹיְבָם**  
i.e. inimicum, qui captivos illos ducat. Cœterum præstat  
responsionem ad præcedentia datam huic, qvoque loco  
applicare.

§. IV. Atque ita priori sententiâ satis examinatâ & refutatâ, paucis quoque interpretationem eorum examina-  
bimus, qui de statu Israhelitum hostium præsentem exponunt  
locum. Quantum verò ex illorum verbis Membr. II. §. 4.  
adductis colligere datur, sententiæ præsidium quærent in  
historiâ V. Testamenti, quæ testatur, Israelitas Moabitarum,  
Ammonitarum, Philistæorum aliarumque Gentium impe-  
rio subjectos fuisse. Verum hi non distingunt tempo-  
ra, quapropter non concordat ipsorum iugulatio. In præ-  
senti enim Ezechielis capite proponuntur distinctè ea, quæ  
patrata sunt scelera à patribus in deserto à v. 5. usque ad 17.  
& quæ à filiis in deserto ante ingressum in terram Canaan  
v. 18. usq; ad 26. quæque à posteris Israelitarum post intro-  
ductionem in terram Canaan v. 27 sicutibus. Ideoque hoc con-  
siderans Cornelius à Lapide in Comm. ad h. l. expressè scribit,  
Hi hostes & tyranni non fuerunt Reges & Principes Edom, Am-  
mon vel aliarum Gentium, (nullus enim horum servierunt, aut sub-  
iecti fuerunt Iudei in deserto; quod ipsum satis quoque evincit  
inspectio capitil II Deut. de quo hic agitur, ut patet ex v. 13. &  
20) sed eorum Dii &c. Interim neque illa Cornelium à Lapi-  
de juvat explicatio, ob rationes in membris hujus §. II. & III.  
adductas. Idem obstaculum quoque videns Symmachus pro-  
præterito ponit futurum: Igitur & ego dabo eis præcepta non  
bona; Et sensus est: Quia vidi filios parum sceleribus adequare  
& eadem facere, proprie que illi offendiverunt Deum, volui illos di-  
videre in nationes & in toto orbe dispergere & dare illis præ-  
cepta non bona, & iudicia in quibus non diverserent. Per quæ ostendit,  
eis non se dedisse præcepta non bona, qui in extremo moraban-  
tur, sed bis quos dispergere voluit in nationes & facere in toto  
orbe peregrinos &c. Sed omnia hæc sola textus perlectio-  
ne dilui possunt.

§. V. Tertie nunc sententiæ propugnatores in arenam  
sunt

funt producendi, qvos in alterâ classe primo collocavimus loco,  
qviq; præsensqvidem dictum de *lege moralis* interpretantur; sed  
otium nobis facere videntur, cum nulla afferant argu-  
menta, sed unicè de explicatione phrasis, qvomodo sc: lex  
moralis non bona dicatur, solliciti deprehendantur. Interim  
tamen circa ipsas explications obseruanda nobis nonnulla  
supersunt. Qvod enim (1) *Menasse Ben Israel* parùm felix  
suâ sit pronunciatione interrogativâ: *ego etiam dedi illis statuta*  
*non bona?* q. d. omnino bona illis dedi, si ea servascent,  
*Hackspanius* abundè ostendit. Siquidem non solum *usus docum*  
*נָא בְּנֵי אֶתְתָּא אֶgo*, qvæ aliquoties in hoc capite sine ullâ in-  
terrogationis suspicione occurunt, sed & *textus connexio* ob-  
stat, qvæ nulla planè esset, si interrogatio locū hīchaberet Ne-  
que (1) illorū rationē, qvi *perfectionē legis moralis perfectioni pao*  
*tant Evangelii bīscopponi*, in textu fundatā video: in toto enim  
XX. Ezechieli capite nulla comparationis hujusmodi vesti-  
gia reperiuntur. Qvi tandem (3.) legē moralē *ratione effectus*  
*sui accidentarii non bonam* h. l intelligunt, illi (qvod salvā tan-  
torum Virorum existimatione dixerim) observant qvidem  
illam legitimæ interpretationis regulam ab Apostolo datam,  
Rom: XII. 6. *Omnis scripture interpretatio fidei sit analogia*  
sed scopum, antecedentia & consequentia aliasqve textus  
circumstantias, seq. membro ex fonte planiū deducendas,  
non sufficienter & partim minimè attendunt: illis enim pro-  
bè consideratis appareat, verba illa *נָא בְּנֵי אֶתְתָּא אֶgo* s. prae-  
terea etiam *ego dedi*, hoc velle: Deum dedisse aliquid, qvod  
ab iis, qvæ jam antè erant data, distinctum esset, adeoqve  
seqvi, qvod non *lex moralis*, qvæ jam antè erat data, cuiuscq  
observatores vivere præced v. 21. dicuntur, sed alia lex à  
lege morali distincta intelligatur.

§. VI. Tandem quoqve tribus, qvod ajunt, judicium  
de eà feremus sententia vel qvæstione: *An mine, in ipsa lege*

D 2

*Mosica*

4

46

Mosaicā late intelligi commode b. l. queant ? ut scilicet tandem, in quam victoria partem inclinet, appareat. Ad hoc autem dubium respondemus (1.) Non convenire hanc interpretationem Sacris Literis, quippe, quæ per קְרִים וּמְשֻׁפְטִים non minas sed ipsam legem indigitant. Nec obstat locus ex Zach. c. I. v. 6. adductus, qui ita habet : *Veruntamen verba mea & statuta mea, quæ præceperam servis meis prophetis, nonne afferuntur sunt majores vestros?* Cur enim non de ipsâ lege Dei, quæ non impleta condemnat, & omnes immorigeros æternæ damnationis reos pronunciat, eundem intelligemus ? (2.) Obstat denuo particulam *Getiam, vel præterea etiam*, quæ, ut supra diximus, indigitat, alia & quidem distincta proponi hoc versiculo; jam vero de minis & justissimis Dei judiciis, proximè præcedentes versus agunt, E. in v. 25. de aliâ distinctâ agitur materia. Quænam vero illa sit, ex seqv. membro IV. dispalescet.

MEMBRUM IV. *namoniasinov.*

§ I. His enim sententiarū fundamentis, cum pro diversis s. parū / . hostiū statutis, tum pro lege moralī variè acceptā, & præminarum in lege latarū gravitate, haec tenus allatis & discussis, victoria ad illam tandem de lege ceremoniali se confert, quam prævalere statuimus, nostramq; facimus, simul atq; contra hostium impetus jam muniemus, non curantes, *Hackspanium* in notis ad h. l. p. 839. existimare, sententiam hanc nostram sine ulla ratione ad ceremonias restringere Ezechielem. Quâratione simul apparebit, locum hunc nostrum ab Apologîa minimè esse perversum, quando ipsum de lege Dei accipit, dicendo : *Deus ne sua quidens legi bunc bonorenz tribuit, quod mereatur vitam eternam, sicut clare dicit apud Ezechielem c. 20. Ego dedi eis præceptia non bona, & iudicia, in quibus non vivent.* Ut vero breves simus, non numerosa quidem sed ponderosa afferemus argumen̄ta.

§ II. Quan̄

§. II. Qvando cèleberrimus sacrorum oraculorum  
interpres B. Franzius de modo intelligendi SS. Biblia diffe-  
rit, hoc in primis suppeditat consilium: *Quisgitur obscurè*  
*primo aspectu existimata dicta explanare volet, ut ante omnia*  
*fontes ipsos consulat*, Vid. pl. Tractat. de interpret. Sacr. Script.  
legitimâ, p. 19. seq. Qvod ipsum ejus consilium nos circa in-  
terpretationem loci huj controversi vel maximè seqvemur,  
scientes, tardi esse ingenii, rivulos lectari, fontes non vide-  
re. In fonte verò Deus apud Prophetam h. l. ita loquitur:  
וגם אני נחתי להם חקיקם לא טובים ולא וחיו כח  
qvitextus de verbo ad verbum ita transferendus: *Et etiam ego*  
*dedi illis statuta non bona, & judicia, non vivent in eis.* Locihujus  
sumariū juxta nostram sententiam est, *lex ceremonialis Israëlt*  
*a DEO data.*: Proinde tria notamus (1) *subjectum*, qvod sunt  
*statuta & iudicia*, (2.) *predicatum*, qvando  
*non bona* dicuntur, & *vitae* illis negatur; (3) legis hujus *Au-*  
*torem*, qyi est DEUS. Ad *subjectum* qvod attinet, vocantur  
leges ceremoniales *חקיִם ומשפטים* qvibus vocabulis alias  
generatim statuta & decreta Divina, qvatenus illa & legem  
*moralē* & *ceremonialē* & *forensem* complectuntur, denotari  
solent. Puto me satis id evincere ex collatione cap. IV.  
Deut. Ubi Moses v. 1. dicit *ועתיד־ישראל שמע אל החקים*  
*ואל המשפטים אשר אני מלמד אהיכם לעשוה*  
*Nunc ergo Israel, attende ad statuta & iudicia, que ego doceo vos*  
*facie.* Et postea horum *חקיִם ומשפטים* saepius eodem ca-  
pite mentionem facit, conf. v. 5. 8. 14. 45. Idem qvoq̄ ex  
plurimis versibus aliis sequentium in Deuteronomio capi-  
tum aliisq; Scripturæ locis clarescit. Qvare *igitur* & voces  
qvæstionis nostræ, de *statutis & preceptis* ab ipso DEO latissimis, sunt  
intelligendæ: Qvod, qvoniam evidentissima non subest causa,  
qvæ contrarium svadeat, negari nequit. Accedit, qvod Deus  
per Prophetam vigesimo hoc capite inter alia Israëlitis statuta

D3

sua

4

44

sua & decreta in memoriam revocare intendat. Cum vero  
illa statuta in Pentatevcho fusè descripta, non sint unius gene-  
ris, sed quædā in se & naturā suā sint bona, & quidem ita, ut nihil  
ominus, etiamsi non essent revelata, homo tamen <sup>quod</sup> nō rū-  
pē, naturā, qua sunt legis, faciat Rom. II. 14. alia vero,  
ut cum H. Grotio loqvar lib. de V.R.C. p. m. 234. nibil contineant  
sui natura honestum, sed considerint ex rebus per se medis, ac  
proinde non immutabilibus: idcirco ulterius inquirendum erit,  
quænam intelligentur statuta? Hoc vero ex prædicato sic  
satis intelligi poterit: dicuntur enim illa statuta חקם לא טובים משבט s. iudicis dicitur  
non bona, & de משבט כהן non vivent in eis. Hoc prædicatum, cum legi moralis non conveniat,  
de quo præcedenti v. 11. & 21. dictum erat אשר יעשה אוּתָה וְהַמְבָרֵךְ que qui faceret homo viveret per ea; contra  
vero de statutis à Deo datis illud h. l. dicatur, manifesto  
est indicio, legem intelligi ceremonialē. Quid ut clarius  
adhuc patescat, observamus tertio Deum esse autorem horum  
statutorum non bonorum. Hoc ipsum propria & nativa signifi-  
catio verborum requirit. Male enim (1) nonnulli particulam  
in גם causaliter reddiderunt ergo, dariū / quasi Deus hic  
concludat penae loco traditionem populi; cum frequentissi-  
ma, & communior ejus significatio, quæ copularia est, recti-  
us hic locum habeat, adeoq; reddi debeat: & ego etiam, vel  
præterea ego, & quidem non sine emphasi: quemadmo-  
dum de hac conjunctione, quod præter copulationis officium  
non careat emphasi, observavit Glassus Phil. S. L. III. Tr. VII.  
p. 804. Neque est (2.) ut permissive immutata significatio-  
ne, illa verba נחרי להן exponere velimus, cum jam supra  
annotatum sit, à communi significatiōne verbi i. e. dedi  
non temere recedendum, illamq; significatiōnem juvari à se-  
quentē Dativo להן i. e. illis, & (3.) illam vocem להן non  
esse Accusativum sed Dativum supra §. III. m. III. ostendi-  
mus,

mus. Ut adeo verborum loci versio & sensus hic firmo tet  
talo : *Etiam* (præterea etiam) *ego* (Deus) dedi illis legem  
*non bonam.*

§. III. Fonte sic nobis præ aliis favente, jam secundò  
scrutabimur, num etiam *scopus* & *intensio* prophetiæ inter-  
pretationem admittat nostram Absolvitur autem hoc unico  
capite XX. Ezechielis, concio quædā pœnitentialis, ad non-  
nullos è Senioribus Israelis, qui venerant ad consulendum  
Jehovam, habita. Facta est illa prophetia anno septimo (sc.  
transmigrationis Joachim & regni Sedekiæ, conf. cap. I. E-  
zech. v. 2. & 2. Reg. XXIV. v. 17.) in quinto, (sc. mense) in  
decimâ mensis, & inquit Propheta, *venerunt viri de Seniori-  
bus Israel, ut interrogarent Dominum & sederunt coram me v. i.*  
De ipso Seniorum postulato nolumus esse nimis curiosi, cum  
Spiritui S. illud revelare haud placuerit; non tamen omnino  
improbabilis illorum est conjectura, qui existimant, Senio-  
res interrogasse de exitu & successu belli, quod Nabuchodo-  
nisor jam parabat contra Sedekiam, eo quod fœdus rupisset;  
vel de reversione illorum, qui abducti jam erant in captivi-  
tatem. Sed transeant illa; hoc verò certum est, hos Seniores  
non sincero sed hypocritico planè animo ad Prophetam  
accessisse, pari ratione, quâ jam ante illud factum esse legi-  
mus c. XIV. v. 1. 2. 3. adeoque Deus respondere illis noluit.  
*An ad consulendum me venitis? inquit Jehovah, vivam ego, se con-  
sulor & vobis.* In quibus verbis conjunctio conditionalis οὐ  
ponitur pro adverbio negandi, quod sit in formulis juramenti  
ellipsis, quando scilicet membrum illud contentionis conditionalis,  
quod malum imprecationem, (si jurans fallatur) continet, per apostole-  
m retinetur, & cum conditionalis, quoad sensum idem est ac NON.  
conf. Gen. XIV. 23. 1. Reg. I. 51. vid. Glass. Phl. S. L. III. Tr. VII. p.  
m. 808. Interim tamen, ut abominationes majorum illis Se-  
nioribus notas faciat Propheta, Deus injungit v. 54. Quæ,  
ut

4

46

ut proprio suo, i. e. tetrico, apparerent vultu, Deus ad exag-  
gerandam illarum turpitudinem, omnia sua beneficia illis  
collata recenset, iisdemq; detestandam illam semper oppo-  
nit Israelitarum inobedientiam, tam contra legem moralem  
v. 13. 21. qvam ceremonialem v. 28. 29. 30. & 31. commissam;  
qvapropter tandem v. 39. concludit: *Vos itaq; ô domus Isra-  
elis, qvisq; stercoreos deos suos agedum colite, etiam postea: si qdio-  
dem non auscultatis mibi, nomen verò sanctitatis meæ לְאֱתָה חֶלְלָה בְּמַחְנוֹתֵיכֶם נִפְרָחָנָתֵיכֶם* amplius denis vestris (confer. Jes. c. I.  
v. 11. 13. 14. ad qvem locum eò felicius intelligendum videri  
possunt Summe Venerandi Domini Præsidis eruditæ exe-  
geses in parte I. illustr. J. L. Loc. Dissertatione I.) Et stercoreis diis  
vestris. Ex qvâ conclusione id colligo, Deum partim cultum Idolorum, partim etiam sacrificia & dona populi Isra-  
elitici sine fide & contra modum à DEO præscriptum oblata  
in hoc capite taxare. Accedit qvod v. 40. denuo de resti-  
tutione veri cultus loquitur, qvod nimirum acceptos habitu-  
rus sit Israelitas Greguisitirus oblationes coruus Et primicias mu-  
nerum cum omnibus rebus sanctis, adeoq; finitâ concione pœ-  
nitentiali partim immorigeris & præfractæ prorsus contuma-  
ciæ hominibus minatur pœnam v. 39. partim verò resipi-  
scientibus Israelitis novam promittit gratiam v. 40 & 41.

§. IV. Ex his ergo dictis ut aliquid nostræ lucreimur  
sententiæ, speciatim nobis tertio antecedentia Et consequentia  
textus erunt consideranda. Ad Antecedentia qvod attinet,  
eò spectat (1) qvod DEUS non intermisserit monere filios Isra-  
elitarum in delerto, ne ambularent in statutis patrum v. 18.  
(2) qvod dederit illis ejusmodi statuta, qvæ qvi fecerit, vixerit  
in eis v. 19. & 21. (3) qvod Israelitæ in statutis illis non am-  
bulantes, rebellariint contra DEUM v. 21. (4) qvod DEUS, ad  
iram commotus qvidem, tamen reduxerit manum v. 20. 22.  
qvam jam sustulerat גַם אֲנִי נִשְׁאַרְתִּי אֶת יְהָוָה v. 23. dispersurus  
vel

veldispergere incipiens eos in Gentes. Ita enim hos versus exponendos esse, jubet enarratio historica omnium rerum in deserto gestarum, a Moysi nobis relictâ, in quâ non legimus, qvod ante ingressum terræ Canaan magna ejusmodi actualis dispersio facta fuerit. Confer tamen Num. XXI. 2. Ne verò Israelitæ ullâ se ratione possent excusare, ac si voluntas Divina de modo DEUM colendi illis non sufficientissimè esset revelata, porro ostendit v. 25. *quomodo etiam נחרת de universâ Deum colendi ratione* statuta dederit & tum quidem in primis ceremonialia, non quidem bona, i. e. jucunda vel ad vitam promerendam sufficientia; interim tamen ob vitandum aliquod malum, (nempe cultum ab ipsismet confictum) in qvod proni erant iudei; s. ad experimentum obedientiae, sive ad rerum futurarum significationem introducta. In hac quoq; sententiâ nos quâm maxime confirmant textus *consequentia*. Est enim v. 26., quem alii perperam suæ de *præceptis idolatriæ* sententiæ putant favere, quasi explicatio versus nostri 25. adeoq; integer hic adscribi ex fonte meretur, ex quo fonte, tanq; luce quâdam, nostra quoq; sententia magis clarescit, & adversæ pariter atq; à nostratisbus etiam datæ responsiones dissipantur. Ita verò habet *וְאַתֶּם אָהָם* במתנותם בהעביר כל פטר רחם למען אשר ודו אשר *אֲנִי יְהוָה*. Et Impuros pronunciavi eos cum donis suis, transire faciendo omnem aperientem vulvam ut desolarem eos, ut experirentur, me esse Jobovam. Hoc autem volunt verba modo allata: *Deum impuros declarasse Israelitas* (eam enim verbi *תָּאתֶם* esse significationem in conjugatione Piel suprà ex Levit. XIII. v. 3, 8, 25. demonstravimus. Hinc etiam Hieronymus in verbis §. 3. membr. II. adductis, planè nobiscū consentit, quando dicit: *Ei polluit eos in munib; suis, sicut sacerdos, leprosus de populo separans & eos polluos esse demonstrans.* Necq; in convenienter sensum expressit Luciferus noster: *Ich verwarf sie mit ihren Opfern.* Quando autem & quâ ratione illud factum, ostendit DEUS maximè sequentibus, *transire faciendo omnem aperientem vulvam.* Quæ verba male translata esse de oblatione filiorum primogenitorum per ignem Atrobo factâ, pariter jam suprà indi-

cavimus ; cum in fonte nullius ignis nec Moloch fiat mentio, sed  
potius hoc loco respiciatur ad præceptum illud de primogenitura  
**DEO separanda**, quemadmodum Exod. 13,12. eadem separatio eo-  
dem verbo עָבֵר indigitatur; adeoque; sensus seqv. vers. 26. genuinus  
ita commodissimè fluat : etiam Ego Dominus, ne populus meus me  
minùs convenienti irritaret cultu, ego dedi eis statuta; qualia autē  
sunt? non bona; quare autem non bona? לֹא יְחִיו בָּהֶם i. e. non  
vivent in illis; quare autem data? Munera illa, quæ aliás offe-  
runt absque præcepto & mandato meo, odi, idcirco impuros  
illos cum muneribus suis declaravi, mandando omnem mibi traduci  
(separari) aperientem vulvam, נַשְׁמָמָה לְמַעַן vel, ut desolarem eos,  
nimirum in donis suis, vel, ut illos in stuporem adigerem, & illi  
cognoscant, me esse Jebovam, qui solus possit statuta dare & cujus  
folius statuta sint observanda. Sed adhuc certiores nos de hoc  
sensu ex circumstantiis clare satis proposito, reddimur, quando  
Propheta statim v. seq. 27. jubetur domui Israelis ostendere,,  
quomodo Israelitæ his Dei statutis omnino spretis, DEUM præ-  
varicando contra ipsum prevaricatione blasphemarint. Qvan-  
qum enim Deus ipsis statuta dederat de offerendis donis,  
quid scilicet quomodoque offerre deberent; tamen, um introdu-  
xissem eos, inquit DEUS v.28. in terram, aspexerunt omnem collum  
excelsum & omnem arborem densis ramis, ubi sacrificarunt sacrificia  
sua, & ubi dederunt irritamentum oblationis sue, & ubi disposuerunt  
odores gratos suos, denique ubi libarunt libamina sua. Judicet nunc,  
quisque à partium affectu liber, annon habec ratione omnia opti-  
mè cohærent, & an una ex reliquis sententiis tantum in fonte &  
textus circumstantiis inveniat patrocinium?

S. V. Sed quæri posset: Anne habec nostra expositio de  
lege ceremoniali non bona, FIDEI quoque sit ANALOGA? Nun-  
quam de eo dubitat, cui scrutari Scripturas deliciæ sunt quoti-  
dianæ. Quid enim usitatiis in sacris, qum legem ceremonia-  
lem vocare non bonam? Dices: Ergone DEUS, quem Scriptura  
fotum dicit bonum, omnisque boni fontem prædicat, hic non boni au-  
tor statuitur? Sed desines dubitare, explicacione phrasis non  
boni percepta, Compendium vero differendorum hic faci-  
mus

mus necesse est, mensuram disputationis respicientes. Est  
verò lex ceremonialis non bona (i.) non absolute sed respective  
seu comparatè, (qvomodo & Spanhemius loco citato ait. Dcum  
vocare precepta ceremonialia חקִים לֹא שׁוּבִים precepta non bona,  
non absolute sed evaginata tantum, non absolute sed comparatè solum  
&c.) qvoniā scilicet in eā non consistit imago Dei & vera san-  
ctitas. Audiamus eā de re eruditè differentem H. Grotium  
supra jam allegatum Lib. de V.R.C. p. m. 233. seq. Pars verò illa  
legis, cujus necessitas à Christo sublata est, nibi contingebat sui natura  
bonestum: sed constabat ex rebus per se mediis ac proinde non immu-  
tabilibus. Nam si ea res per se aliquid haberent, cur facienda  
essent; omnibus populis, non uni, eas prescrifisset Deus, & ab ini-  
tio statim, non postquam bis mille, & quod excedit, annos vixerat  
humanum genus. Abel, Enoch, Noe, Melchisedec, Job, Abraham,  
Isaac, Jacob, omnes viri piis & Deo eximiè cari, hanc legis partem  
ignorarunt, aut totam aut fermè totam: neq; eò minus acceperunt teo  
stimoniū & sua in Deum fiducia & amoris Divini in se. Neq; Moses  
sacerdū Zethronē ad hos ritus suscipiendo adhortatus est, neq; Jonas  
Ninevitas, nec alijs Prophetæ Chaldaeos, Egyptios, Sidonios, Tyrios, Idu-  
mæos, ad quos scribunt, ob eos non susceptos reprehendunt, cum pecca-  
ta eorū satis exactè enumerent. A quā explicatione (qvamvis quo-  
ad locū ipsū non faciat nobiscū) non alienus quoq; est Hackspanius  
in notis adh. l. p. 839. Conferri quoq; hanc in rem seqv. poterunt  
loca: Jer. VII.22. Non sum locutus, inquit Jehovah Exercituū, Deus  
Israelis, cum majoribus vestris, neque præcepī eis, quo die eduxi eos  
de terra Egypti, de rebus holocausti & sacrificij: Sed rem hanc præ-  
cepis, edicendo: auscultate vocis mee, & ero vobis DEUS &c. Hos.  
VI.v.6. Me benignitate delectari, non autem sacrificio; & cogni-  
tione DEI magis quam holocaustis. Mich. VI.5. seq. Quanam re  
instructus ueniam ante Jehovah, incurvabo me honorem habens DEO  
excuso & veniam ante eum cum holocaustis? eum vitulis annicu-  
lis? An accepta haberet Jehovah millia arietum? myriadas torrenti-  
um olei? An darem primogenitum pro defensione mea? fructum  
ventris mei pro peccato anime meae? Indicabit tibi o homo, quid sit  
NB. BONUM; & quid Jehovah requisivit abs te, nisi ut exerceas

ius & àmes benignitatem & modestiam ambules cum DEO tuos. (2) Dicitur lex ceremonialis non bona; quoniam fuit grave & intolerabile jugum Act: XV. 10. Et cui quæso ignotum est, quām ingratis planè verbis eandem Prophetæ describat Jesaias cap. IX. 3. כי ארז על סבלו ואות מטה שכמו שבת חנוך בו חזרת כוום מרים Quid jugum oneris illius, & virgam bumeri illius, scipirum oppressoris illum contriveris, ut die Midianitarum. Vocat itaq; Propheta legem ceremonialem hoc loco jugum, virgam & scipirum opprimentis. Adeoq; cum apud Ezechiem leges ceremoniales vocantur statuta non bona, idem est ac si diceret, dedi illis præcepta dura atq; injuncta: quemadmodum lupra membr. II. §. 7. etiam Anastasium, nostram sententiam ita explicantem, adduximus. Conf. Gal V. v. 1. seqq. ubi Apostolus dicit, eos qui legis ceremonialis opera facere velint, innodari jugo servitutis, immo & illos qui sub lege illâ fuerunt, vocat servos. (3) Dicitur lex ceremonialis non bona, quia in illis non fuit vita: quomodo in altero versus nostri membro dicitur כהן לא יחו כהן non vivent in illis, quod adeo prioris exegesis in Scripturis passim reperiuntur. Clarius hæc Apostolus ad Ebræos exponit cap. X. v. 1. & seq. ita scribens: Lex enim umbras obtinxens futurorum bonorum, non ipsam expressam formam rerum, iis hostiis quæ singulis annis easdem continent offerunt, nunquam potest accedentes confirmare: Alsoquid defissent offerri, propterea quod cultores semel purificati, nullorum peccatorum amplius essent sibi consciæ. At in istis sit repetita mentio peccatorum quotannis. Quodsi vero vita in illis fuisset, quid tum Christo opus fuisset? Gal. II. 12. Nunc autem per Christum nobis annunciatur justificatio ab illis, quæ justificare non poterant sub lege Act. XIII. 38. His probè consideratis facile intelligimus, quomo do intelligendum sit, quando Ps. LI. v. 18. seq. dicitur: Sacrificia utib; dem, gratum tibi non est, neq; holocaustis delectaris. Sed quod vere tibi placet sacrificium, est animus culpa sua sensu dejectus: mentem enim quasi fractam atq; conteritam o Deus non despicias. Simile est illud Psal. XL, v. 7. sq. Victimæ O oblatu libo non delectaris, sed me tangam

sanguinem per hoffa aure tibi mancipas: non exigens aut holocaustum,  
aut victimam piacularem. Itaque respondi, en adsum, Et sanguinem ex  
pacto conscripto faciam, quod velis, quae voluptas mea est. Unde & du-  
rantibus præceptis his ceremonialibus exspectabatur diabolus;  
i. e. correctionem. muratio in meltus Ebr. IX. 10. Hoc ergo respectu  
non bona sunt. Atq; ita non solum ex fone sed & scopo & iuxta  
circumstantias fideique analogia probavimus, per legem hic non  
bonam à Deo Israeli datam intelligi ceremonialem.

§. VI. Qvæ cum ita se habeant, facilimo jam negotio  
recensitis suprà Adversariis, qvi Apologiam erroris in allegan-  
do hoc dicto commissi arguere non erubescunt, responderi po-  
terit. Stante enim nostrâ de hoc Ezechielis loco sententiâ, ni-  
hi habent solidi, qvod ogganniant. Responsum quidem ha-  
etenus Pietistis à nostratis pro Apologiâ duplice fuit ratione.  
Qvidam enim, qvih. l. per legem *non bonam* intelligunt *legem*  
*moralēm*, eandem non *per se* sed *per accidens* non bonam esse di-  
xerunt, ut supra § V. m. II. ostensum; Alii verò qvi de *traditions-  
bus humanis* in allegato ab Apologiâ loco, sermonem esse exi-  
stimarunt, doctè quidem responderunt, Philippum in Apologiâ  
disputare *ad hominem*, vid. M. Schröer in der Eh-  
ren-Rettung der Symbolischen Glaubens-Bücher p. 160. ubi ita  
loquitur: Was will aber Hr. D. Spener hieraus machen? Soll  
deswegen die Apologie wieder die Schrift einen Fehler began-  
gen haben? Ich sage nem/sondern man muß sehen/ mit wem die  
Apologie streite: daß solches die Papisten seyn/ist allzu bekandt.  
Es ist aber befindlich das die Papisten diesen Ort von dem Gött-  
lichen Gesetze selber erklähren; Wie solches aus dem Thoma und  
dessen Erklärung Medinæ zu ersehen &c. Sed his ambagibus  
non est opus: Satis enim per totam Disputationem ostensum  
est, intelligendam esse *legem ceremonialē*, qvæ est lex divina,  
lex Dei, *ceu ne Deus quidem illum tribuit honorem, quod mereatur  
vitam eternam*; ceu Apologeta verbis suprà citatis loqui ama-  
vit. Quid igitur erroris, qvi perversi, quid inusti commiserunt  
B. Confessores, ex hoc dicto in hoc sensu citato p. seq. 284. ita

E3

conclu-

4

46

concludentes: Cum autem nec divinae legis operibus mereamur remissionem peccatorum aut vitam eternam, sed neesse sit, querere misericordiam promissam in Christo, multò minus observationibus Monasticis, cum sine mera traditione humana, tribuendus est hic honor, quod mereantur remissionem peccatorum aut vitam eternam.

## SECTIO II. PRACTICA,

indicans Loci usum & abusum retundens.

S. I. Sensu loci hactenus explanato, super est tum *abusus* ejusdem retundendus, tum *usus* quoque indicandus: quod tamen brevioribus lineis expediendum est: Quemadmodum enim omnis Scriptura *deōtēusos*, juxta Apostolum utilis est ad doctrinam, redargitionem, ad disciplinam in iustitia &c. 2. Tim. III. 16. ita quoque loci hactenus ex fonte dilucidati usus non est omnino nullus. Sed.

(I.) *Elencticus*. Non verò hīc repetere lubet, qvomodo *Nostri* *Pietista* loci hujus allegatione contra autoritatem Librorum Ecclesiæ nostræ Symbolicorum abutantur, adeoque ipsum quoque locum depravent: siqvidem in hos, per totam fere Disputationem hanc apologeticam, Elenchum stringere non dubitavimus; Sed aliorum hīc abusum retundendo, usum loci commendaturi sumus. Utimur autem hoc loco.

(i.) contra *Pontificios* omnesque statutorum Monasticorum similiumpque observatores. Si enim illorum planè statutorum obseruatio vitam mereri non poterat, (siqvidem Deus hīc de statutis legis ceremonialis pronunciat, qvod in illis *Israelite non vivant*) qvorum tamen Autor ipse erat Deus, & qvæ ipsa, quamvis non essent pars legis naturæ, tamen, in primis qvod ad illa de sacrificiis attinet, legi naturæ omnino congrua erant; qvomodo hi sanctuli in Papatu observatione humanarum de Monastico statu aliarumque ejus generis traditionum, qvæ legi naturæ non congrua, sed magnam partem quam maximè contraria sunt, non tantum peccatorum remissionis meritum, sed & vitam æternam sibi promittere possunt. Hanc verò genuinam

nam esse Pontificiorum de votis inspecie Monasticis mentem  
evidenter demonstravit sinceroris Theologiæ oculus B. D.  
*Martinus Chemnitus*, Ao. 1568. hic Decano D. *Simone Pauli* pro-  
motus, in *Exam. Conc. Tr.* p. 454. Nobis hæc vice adduxisse suffi-  
cit formam qvandam absolutionis Monasticæ, in qvâ inter cœ-  
tera hæc ponuntur verba: *Rigor Religionis, meritum ordinis ce-  
dant tibi in remissionem peccatorum, & in premium vite eterna.*  
Hinc etiam ex loco Ezechielis à nobishaftenus considerato B.  
Confessores Augustani in Apologiâ p. 283. Confessionis suæ  
satis validum supraqve citatum desumunt argumentum  
dicendo; *Praterea contumeliam afficiunt Christum, euna dicunt, boni-  
num per Monasticam mereri vitam aeternam. Deus ne sua quidem le-  
gi hunc honorem tribuit, quod mereatur vitam aeternam, sicut clare  
dicit apud Ezechielem: Ego dedi eis præcepta non bona, & judicia, in  
qvibus non virent.*

(1.) Utimur hoc loco contra veteres hæreticos, *Cerdonianos, Marcionitas,*  
*Valentinianos, & Manichæos.* Etenim hi, quemadmodum legem tanquam ma-  
lam à Diabolo ortam blasphemabant, de qvibus videatur laudatus modo  
*Chemnitus L.T.P.II.delege Deic. X. p.m. 106.* ita in primis *Manichæi* olim  
hoc loco abutebantur, dum ex illo probabant, nullam esse rationem, cur *Vetus*  
*Testamentum, maximè verò Mosis recipiatur potius quam repudieretur, cum, qui*  
*leges erit Mosaiicas, disertè hic dicat, se non dedisse præcepta bona & ejusmo-  
di judicia, per que quis vivere non possit:* vid. *Hackspanius* in *Notis ad h. l. p.*  
*837o.* Verùm si ex dictis fuerit observatum, quid per statuta hic intelliga-  
tur & qvâ ratione statuta hæc ceremonialia *non bona* fuerint nuncupata,  
etiam hujus asserti absurditas patesceret.

Utimur hoc loco (2.) contra eos, qui vel ab ipsâ naturâ lege, vel  
à mero naturâ instinctu, vel saltē à propriâ devotione, quam ratio  
diffaveris, ut alias riteam ceremonias, speciatim sacrificandi ritum de-  
rivant. Illorum autem rationes omnes examinare, neque tempus neque  
instituti ratio permittit. Possumus & labore ille supersedere, cum iam sum-  
morum Theologorum, *Gerhardi, Frantzii, Dorschbei, Dannbaweri, Calovii,*  
& aliorum qvibus & *Wagenseilius* in Additamento ad *Tela Ignea Sarana*,  
addi poterit) opera in eo abundè occupata fuerit. Et qvamvis non ita pri-  
dem *Job. Spenerius*, (cujus asserta alias succinctè refert Bayle in *Nouvelles de  
la République des lettres* Anni 1686. Mensi April. p. 440, sq.) peculiari Dis-  
sertatione

4

46

sertatione de *ratione & origine sacrificiorum*, idem probare annis fuerit;  
tamen ipsius argumenta sufficientissimè ab Hermanno Viesio, Theologo Ba-  
tavo, & ex nostris à jam dicto Calvio, recentissimè verò à D. Majo Giellensi,  
in Dissertat. sacris p. 531. sq. sunt refutata. Nos hāc vice pro verā thesi stabili-  
liendā unicè expressum Dei mandatum de sacrificiis DEO offerendis, qvod  
uti ex locis plurimis, ita & consecutivè ex loco jam explicato satis appetet,  
urgemus. Ab hoc verò mandato sacrificiorum Israëlitis dato rectè  
concludi, sacrificia etiam, siquidem DEO debuerint placere, in primo suo  
initio à DEO fuisse instituta, asserere cum B. Schmidso in Coll. Bibl. prior.  
p. 375. nulli dubitamus.


§. 2. Usus Loci II. didascalicus (1.) Edocemur hoc dicto: *qua ratione sacrificia expiaverint peccata?* Nimirum non suavè & virtute: erant enim statuta *non bona*, in quibus non poterant vivere Israelitæ; sed typice, quia respiciebant agnum Dei pro peccatis mundi immolandum, & præ-  
terea *organicè*, quatenus ex ordinatione Dei, verum Mediaorem peccato-  
ribus proponebant, fructusque illius obedientiæ in Messiam credentibus applicabant. Vid. pl. D. Qvendst P. IV. Syst. p. 56 seq.


§. 3. Usus III. est *pædanticus*. Qvi in Ecclesiâ Dei vivunt, illis non  
est liberum, uti velint, & juxta proprium suæ rationis dictamen, Deum cole-  
re, sed secundum statuta & præcepta à Deo ordinata, licet nobis videantur  
non bona, nec rationi, nec voluntati nostræ convenientia, sed absurda  
etiam & dura &c. Qapropter nobis revelatum est omne consilium  
Dei Act. XX. 27. Qyam tamen ob rem nolumus constitutiones Ecclesi-  
asticas Magistratum, cum Divinis non pugnantes, sed consentientes, licet  
humanæ sint, excludere: namque & illas a DEO esse profitemur, licet  
mediatè. Rom. XIII. v. 1.

§. 4. Usus IV. *Paracleticus*. Dum verò juxta hæc Dei præcep-  
ta & ordinationem Dei vivimus, nolimus tristari, sed in Domino gau-  
dere, qvi nos ab intolerabili antiquitatis *jugo* & statutis non bonis h. e.  
lege ceremoniali per Christum liberavit, ut verè simus liberi Joh. VIII. 30,  
dicti *Dei filii* Rom. VIII. 16. Gal. IV. 5. 6. Eadem verò Servatori, qvi  
nos ab omni tandem liberabit malo, qviqve vires nunc animumque ad  
scribendum hunc, inqve ipsius gloriam perficiendum labore,  
concessit, pro divino hoc beneficio, sit gloria & divitiae  
& potentia in seculorum secula,

**AMEN.**







idhibere possimus; Taliæ quæ ad Historiam Curiosam spectant, i.e. contingunt, quæ si accident, observanda veniunt, sic non dem in novellis, cetum minorem ad littora Maris Germanici, quem Hamburgenses cuperunt, Hæc est Historia hujus næ; Sed ut dictis Colophonem imponamus, à sensu litterali & phorret, quod evanescere Jonam idem significare debeat, quod, e remittere & liberare, id quod ex supra dictis abunde patet.

de Historia Josia Ænigma primum & II. ubi de Josia agitur, ea r fabula, Josiam representat Jonas denuo & qua de Jona facta nuntur, dicitur filius Amithai vel veri & cum maxime impio, sit ergo si necesse est ut aliquid concedamus, hic nomine & in Josias tuit nepos Manassii, annos octo natus, cum regnare prius fuit 2 Chron:34.3. Jona Historia est literaliter intelligens tempore loquitur, & plane non de Manassis nec Josia etate, Jonas s libri, non Nahum, Chilkia aut alias; Non duo Ænigmata de du atate virtutibus distinctis, in unam contrahuntur Prophetiam, in distinctis viris sanctis, sed ab uno Jona; quod constructio, tempus eadem materia, & omnia principia Hermeneutica sua. quæ superius diximus. Historiam ergo tantum conteximus; h. l. ceteronem Jona respiciunt, & à vero literali sensu aberrant, allegans. Josias itaque Rex Judæ ab Achas usque ad Manassen & Josiam, Re tatus & tributarius, & optabat interitum Ninives per Medos, quo. oris Phraortes erat, quia jugum Regis Assyriæ Josiæ maxime morgo fingit pl. Rever. Autor si Deus Jonam secunda vice allocule Josia intelligendum esse, & de consiliis Chilkia, Nahumi, ut Regnum Assyriacum per Medos interitatum esse, Non vero ut Sardianorum contra hostes Assyrios fœdus pangat, sed potius *Ire Niniven* explicatura. pl. Rev. Autore Metaphorice de co iiis, at cogitet, speretque, fore, ut Ninive deleatur per Medos, cogitare de Ninives interitu; *Dicere de interitu illius ab sententia Chilkia*, & Prophetarum illius temporis, ut fidem ias, quam assertionem literis consignaverint, publiceque æ. id quod ita interpretari decet ex pl. Rev. Autoris sen viisse Niniven deleri debere. Ubi simul de Ninive addit, iter tri. e Ambitum urbis, sed determinationem temporis, illum tres di cuiando per urhem, & prædicando; quod utrumque tamen tam bulationis tempore conjungendum est, tres dies explicantur sine nhus, it. quadraginta dies per aliquot annos. Restat de Chrono rodoticreduli h. l. & alibi, quis nimis sequitur itur pl. R. A. car vid. Ximenij Memoria Secularis, licht Jonæ p. 106. coll. p. tamen cumpietate seria Josiæ pugnare videtur, quod tam anxie Assyriæ & Ninives exoptaverit, sed excusari posse tantisper nos.